Оссолінсъкі колекції.

CD – диск виконано в рамах угоди укладеної з квітня 2004 р. між Львівською науковою бібліотекою НАН України у Львові і Національним Закладом ім. Оссолінських у Вроцлаві.

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 4.
Zbiór rękopisów Biblioteki Baworowskich

Dział (opys) 1

344. Collectanea curiosaex variis autoribus (Indeks) opere Zacharia Nikolai Zadykiewicz. Philosophia recondita sive magica... explanatio. Annotationes ex libro Tractatus Opticus, etc.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

Львівська бібліотека
АН УРСР
ВІДДІЛ РУКОПИСІВ
Бов. 344

#J 7

Nr. 344.

VIII A 11

Collectanea Curiosa

ex Variis Autoribus

deprompta, studio &

Opere

P.K.R. P.R.I.M.t.

Zacharia Nicolai Zadykiewicz.

m.p.

Ex Libris Jo: Zempinski

Kazimierzowi Stroniczyńskiemu w

dowód pamięci i ku pieczętowaniu służyć

Józef Warchoł

Bp. Sarmacy.

BIBLIOTEKA FUNDACYI HR. BAWORowskiego

SAPIENTissimi Viri Aristotelis Stagirite Theologia ac Philosophia Mistyca secundum Egiptios Explanate Petro Nicolao ex Castellanijs Florentino Philosopho ac Medico Titig. Roma.

LIBRI Primi CAPUT I. Proemii quo Theorimata tractanda, secundum quos Autores & quo stilo

Principale quesitum ait Philosophy est finis intentus qui postremo invenit. Aty omnia genita operant appetitu naturali ad finem certum. Siquidem constitutum est ex concordia Sapientum dignorum inter divinos, causas Mundi antecedentes & conjunctas esse quatuor, videlicet Materiam, formam, Agens & finem nobiliorem reliquis secundum quas omnes speculari oportet & earum accidentia pro dignitate singulorum. Et nos quidem in Metaphysica jam perfecimus sermonem explicantem causas hujusmodi. Et probavimus eas in sermonibus de Anima & Natura per rationibus utriusq ubi per rationem perfectam & necessariam declaravimus quod impossibile est substantias esse absq fine. Sic etiam si finis a Sapiente non prefigat, cessabit ejus inquisitio. Siquidem hujus presuppositio in scientia adjuvat multum considerantem. Cui tamen solicitudo & industria sunt necessarie ad progrediendum. Igitur Nobis quoq in hoc Opere, quod est compendium Philosophie intentio constituit debet. Que est contemplari Universum, secundum mentem eorum qui decucurrerunt per nodas figurarum adeo occultas quod non alius potest ad secreta hujusmodi scientie pervenire citra difficultatem, quamvis sit ingenii subtilis & retii naturaq negligentia. Proponamus autem eorum Theorimata Opere deinde singula tractabimus. Intentio igit intentio Nostra in hoc opere est contemplari Deum quomodo differat ab aliis. Quoq Mundus & tempus existunt sub eo. Amplius quod Deus est auctor causarum quique creavit omnia pro ratione singulorum. Et quoniam illuminat Intelligentias, per eas autem medias Intellectum, per Intellectum vero medium Animam Universalem Celestem, Et per animam, mediam illustrat Naturam generabilium corruptibiliumq. Et quod opus sit ab eo sine motu ac quod motus omnium rerum est ab eo & ad eum. Siquidem omnia moventur desiderio essentiali & naturali, ab eo in eo & ad eum. Postea vero considerabimus Mundum intellectivum, referentem bonitatem ejus formas divinas inexistentes. Et quod ab eo fluit bonitas in singula. Siquidem quatenus sunt bona assimilant ei sed propter cortices expressionem veram eorum non attingimus. Preterea enarrabimus Naturam Universalem Celi qualiter inest potentia illi ab intellectu. Enarrabimus etia

siderum dignitatem et lucem. Item considerabimus naturam sub lunarem quomodo virtus coeli immittit illi quae manifestatur in rebus sensibilibus, materialibus, alterabilibus et corruptibilibus. Deinde scribemus dispositionem animarum rationalium in desensu et ascensu, et reddemus causam unionis earum ad corpora. Dicemus etiam de Anima honorabili quae habet motus intellectivos, nec submergitur desideriis mundanis, et sordibus corporis. Similiter narrabimus animam turpem coinquinatam, et deinde speculabimur dispositionem Animae sensualis et vegetativae nec non qualitatem Animae terrae et ignis et aliorum elementorum, atque haec omnia latentia sicut praefatus sumus declarabimus per figuras propositas sufficientes.

Caput II. Quomodo Anima unitur Corpori.

Cum jam pateat sufficienter probatum est in veterum libris quod Anima non est corpus, neque moritur, sed permanet semper. Nunc quaeramus quomodo digressa a Mundo intellectuali ad hunc sensibilem descendendit et juncta est huic corpori resolubili. Etenim nulla Substantia intellectualis mere admittit quemquam motus. Sed fixa in Mundo intellectuali non divellitur ab ipso, neque item accedit alio, cum non habeat locum ad quem ipsa transferatur. Sed quod dicimus. Quod omnis Substantia intellectualis secundaria in se habet quoddam desiderium alterius. Quando autem intellectus appetitu concepit aliquid movetur ad illud, ut mulier gravida nititur parere. Sic igitur intellectus concipiens desiderium conatur illud consequi. Intellectus enim vero desiderans studium inferiorem, fit Anima, unde Anima est intellectus, desiderans et appetens desiderio. Universali ac ipsa Anima Universalis non separatur substantia a Mundo intellectuali sed desiderans particularia sub Universali opere recedit ab illo. Ordinans eadem et peccatum accidens moderata. Secundum legem causae propinquae Actetis. Anima particularis non est in Corpore ut videtur, sed extra. Ruis igitur movet ad Mundum primarium, deinde ad secundarium, postea tertio revertitur ad primarium, ac opportune ad eorum unumquemque.

Caput III. Quod omnis Anima et propter quid est immortalis secundum Pythagoram.

Intellectus agens nunquam separatur ab anima, sed cooperatur illi semper opportune ad omnia. Propterea anima quidem operatur jugiter, quia perpetuo existit. Et quamvis animae aliorum Animalium velut Leonis, peccando recesserint a Mundo Superiori, non tamen corrumpuntur secundum Substantiam, sed ponos accidentia. Ideoq non simpliciter ad reverentur ad illum. Accidentia etenim in hoc Mundo sunt diversa ab Anima sunt autem connaturalia ipsi Animali, siquidem provenient a natura ipsius. Similiter autem omnes animae Plantarum

oriunt ab uno principio cum vita conveniant & sunt substantiæ non accidentia, atq incorporeæ non partibiles. Ideo neq corrumpunt: Sed Anima hominis habet tres partes, videlicet. Vegetativam, Sensualem & Intellectivam, Quæ separatur a corpore resoluto. Atq hæc immunis sit. potc non peccando/ a coinquinatione corporis, est dissimilis alteri submorsæ materiæ, quæ facta est ob id ut habitudo corporalis accidentibus corporeis talibus /velut ligamentis/ prohibet ascendere ad alterum mundum, ad quem neq perveniunt nisi difficulter, ablatis viribus horum accidentium & purgata a sordibus corporis, reversa est incorruptibilis. Non enim est ut aliqui alieni a scientia vere divina opinant, aliter. Siquidem ipsa sustinet a suis autoribus, quanquam separata existens Ens verum & perfectum. Quare anima non moritur, pluries diximus.

CAPUT IV. Quod omnis Anima humana est immortalis.

Quas oportet hic repeti ad illos qui non credunt aliter, probabiles rationes. Dicamq brevi. Statuentes principium id in quo convenerunt omnes Antiqui & Juniores, Theologi, Philosophi, Prophetæ ac Populi videlicet quod Anima rapta corporis desideriis subjugato intellectu statim in damnationi incurrit. Propterea abstinendum a delictis & desideriis corporalibus movendum sic enim miserebitur Dominus. Rursus si majores non credidissent animæ immortalitatem, non constituissent legem justa dictamen Naturæ eam asseverantem. Cui nemo contradixit, nisi vitiosi impliciti, Dixerunt etiam quod multi precati non caruerunt ope animarum a corporibus ad mundum alium reversarum. Explorantiq veritatem hoc manifestum est per experimentum revelationis & templorum fabricas, ob hæc illis dicatas. Quare palam est quod Anima digressa ab hoc Mundo & assumta alium non corrumpit omnino. Ideo autem quoniam creata est perpetua ob nobilitatem vitæ. Atq hoc idem opinatus est Plato de Anima Universali dicens: Ego pluries speculando secundum animam relictis corporis Exuviis, vidi me mihi frui summo bono cum gaudio admirabili. Unde restitui quodammodo attonitus, tum agnoscens me esse partem mundi superioris adeptus vitam æternam sub luce magna inenarrabili inaudibilq ac incogitabili. Lassitudine autem delapsus, ab ista speculatione intellectus, ad imaginationem, qua illa desciit unde remansit tristis. Rursus relicto corpore reverso inveni animam luce plenam, & tu-

corpori influentem, tum supra elevatam. Inquit igit Plato Qui conatus Mundum Supremum ascendere intellexerit Substantias divinas Causasq Universales: profecto maximum consequet premium Quapropter nemo debet id omittere quanquam sit plurimum laboraturus: certe & enim in eo adipiscet tranquillitatem impatibilem perpetuamq. Et cum homo fuerit creatq ad hanc contemplationem ociatur Si ab illa vel per unicam horam abiit, sic etiam perdidit animam ubiq hortis est omnium maxime cujus in obitu frustra eum penitebit. Atq hoc Platonis documentum, est homini Exhortativum ad Elevationem Intellectq acquirendam, qualem ipse reperiit. Quod Anticles quoq dicens Animam praextitisse sursum honorabilem peccato autem commisso decidisse in Mundum inferiorem, qua postea pietate consequet a Deo veniam. Praeterea anima quoq descendit ad cateras / quibq intellectus turbidat: / revocet sursum. Similis est enim Anima emersa homini a praecipitatione relevato si alte prodamet ad mortales precipites Mundum omnesq ejus fallacias despici facto indicio revertendi ad pristini Status jucunditatem.

CAPUT V. Cur Anima descenderit in Mundum inferiorem.

De Anima quidem Universali scire oportet, cur descenderit ad hoc Corpq, & an descenderit sponte parendi gratia, an coacte alia de causa. Recipiemus namq juvamentum ex Scientia Animae, majus quam ex alia. Quandoquidem ascendemus ab ea ad Intellectum, sed & usq ad Deum sublimem. Hinc discentes an Deus creaverit omnia recte & cum Sapientia absolutissima, an per aliam cognitionem. Plato igit olim dedit Animae plurima attributa, quorum nos habuimus fuimus testes sed non conscripsit ullum, aliquin mentem ejus lector deprendisset. Attributa autem hae Animae diversa sunt. Siquidem intellectus unit sensui, neq despicit eum ubiq, sed corporis conjectionem ligatq & praecatalis in illo. Nam Corpus est anima ut Locus. Sic etiam opinat Anticles magis adhuc vocans Corpus carcerem. Unde dixit Plato quod solutio Animae a vinclis Corporis, est causa ascensus illustrationisq descensio autem obscurationis, qua nihilominus purgata rursus ascendit. Atq hujus descensionis causae sunt plurimae, quarum prima est peccatum commissum ab aliqua, quapropter descendit ad luendam poenam promerendumq aliquid, ac leges Dei accipiendas. Aliae vero descendunt alia de causa, quam non addusit: Sed colligens animae descensum exeratq est, addiditq, quod hic etiam Mundus est Substantia honorabilis. Quare anima in eo extat Dei jussu, alligato Intellectu,

quem admodum Superiori semper cohabito. Non enim convenit quod hic Mundus tam magnus & perfecte compositus Intellectu careat. Impossibile est autem hunc Mundum consequi Intellectum nisi prohabeat Animam. Propterea sublimis Creator Animam illi connexuit. Rationalig Anima implicuit species aliar. Siquidem Operationes Anime nequaquam videntg indifferentibiles. Lucrarum enim vero in Plantis sunt pauce, In Brutis plures, et in Homine plurime, ut iste Mundus sit perfectus, quamvis non eque sicut Superior quia est effectus ab eo, omnisg item extat corruptionis Origo. Lucare oportet Mundo sensibili inesse etiam genera Animalium quia vinunt illi Intellectuali.

CAPUT VI. De errore Antiquorum, & quod omne Ens est bonum ex Deo.

Rursus versemur circa Anime dispositiones plures, ut lucremur aliquid a Philosopho. An ille igit aliqua convenientia inter Animam & Corpus. Antiqui quidem altercati sunt, varia sentientes. Incipiamg autem ab opinione Senis quem novissime adduximus dicentis, qui perspexit veteres Physicos in Intelligentia Entium insensibilium errare: inquirentes ea per inferiorem Mundum: unde opinati sunt quod Entia occulta non invenirent ei sequentes Intellectu & prosecuti sensum. Considerando per illum ex alterabilibus perpetua. Quare cum animadverterit eos declinare ab itinere veritatis ob sensum prevalentem, misertus reduxit ad illud. Distinxitg Intellectum a sensu. Intelligibilia ag a sensibilibus, ponens illa perpetua invariatag inveniri, hec autem alterabilia corruptibilia g. Subdens quod arcanum unicus auter est, Ens primum & verum videlicet. Deus sublimis effector Mundorum, et addidit quod tale primum agens, est summe bonum: quodg nullam alterum, est ex se bonum. Sed quodlibet est bonum ab illo tantum. Asseruit etiam quod iste Mundus ex materia & forma constat: & quod formans primam materiam in esse nature, est nobilius illa. Item quod anima rationalis format primam materiam propter vim immissam ab Intellectu mirabili; & intellectus agens adjunt animam ad formandum primam materiam per virtutem Entis primi. Quod est principium omnium trium Entium. Scilicet Intellectus, Anime & Nature. Unde fuerunt sensibilia pulcra vi primi agentis, per medios animam & Intellectum. Decenter etiam Ens verum primum. Deus sublimis, bonus Simplex & perfectissimus omnium. Inspirat Intellectui vitam primo: deinde Anime,

postea Naturæ: & fecit Intellectum & Animam & Naturam principia aliorum.

CAPUT VII. Quod Deus creat sine tempore.

Non oportet audientem verba Philosophi putare quod Deus creaverit Entia in tempore existimando quod omnis Prioritas est in tempore cum impossibile sit efficiens non esse prius effecto, Siquidem non est ita, Quia intellectus discernit res sine tempore et similiter Sensus. Unde mens Platonis fuit sequi locutionem veterum, Qui describentes generationem corporum sunt inducere Tempus. Creationis autem non est ullum tempus. Quia differt Agens primum altissimum novans a secundo inferiori umbratili. Ideo si cupias discere an Patiens in tempore patiatur explores an Agens ejus agat in tempore. Patiens non ab agente in tempore patitur in tempore, et Patiens ab Agente in momento, patitur in momento.

LIBER SECUNDUS

CAPUT I. Quod Anima in Mundo Intellectuali non utitur memoria.

Anima superius collocata intuetur Substantiam rerum illic consistentium, neq ratiocinat ibidem ut istic. Sed neq speculat hæc infima quoniam in altiora perspicit. Sicut enim existens inferius pura sub dignitatem suam non versatur circa terrena. Sic tanto magis egressa ab hoc Mundo, reversa ad nobiliorem, non meminit priorum, Sed altiorem illum perpetuo speculans & amans nunquam saturatur omnemq actionem & cognitionem ad eum reflectit. Quare cum omnis Scientia in altiori Mundo habita illi Constans maneat. Si quidem habet semper præsens objectum, non indiget alia memoria illorum. Rursus cum sit aliena ab omni Scientia recepta ab his inferioribus. Non enim servavit eorum apprehensionem pristinam, neq talia conspicere amplius cupit. Nam Scientia rei alterabilis accidit Substantiæ alterabili, qualis nulla est in Mundo Intellectuali. Ideo non est licet Animæ memorari quicquam ignobile quare contemplatur, quo modo divinum & perfectissimo profacultate.

CAPUT II. Quod Anima non utitur reminiscentia

Diximus item quod omnis Scientia in Mundo altiore est perpetua. Quicquid enim illic existat, est sine tempore. Propterea Anima ibidem speculatur formas sine tempore. Quia permanent illi evidentes tum supremæ, tum infimæ, & quod non ab aliquo progreditur ad aliud discernendo a generibus ad species, & individua vel a speciebus ad genera & Universalia altiora. Quare non est indiget reminiscentia earum. Et si aliquis pridta hoc ambigens dicat, quod

hæc condictio sit intellectus tantum. Quia omnia insunt ei actu simul & ideo reminiscentia non indiget. Anima autem aliter videt se habere, videlicet quod non insunt ei plura actu simul ut materiæ primæ, sed quod comprehendat naturaliter unum post aliud. Et cum fuerit ita, eam reminisci oportet sive sit in hoc inferiori Mundo sive in superiori. Huic respondebimus quod nihil prohibet animam in Mundo superiori cognoscere plura simul. Siquidem tale aliquid conspicit etiam quod cum sit simplex, cognoscit multa unico actu. Ut visus varios colores. Quare sic etiam anima cognoscit plura simul ~~sine temporis~~ sine tempore, quia est supra tempus, utpote causa illius. Aut si aliquis dicat Anima discernit primum ab ultimum, Quare unum post aliud pariri videt? Cum autem hoc modo sciat, non igit simul cognoscit. Dicimq quod anima discernit Intellectu, non cogitatione. Cum autem faciat hoc intellectu non intercidit differentia, sed major subit unio. Siquidem Intellectus discernit sine tempore, nec habet cum sit simplex, prius neq posterius, quia non fluit inter ea successionis spacium medium. Principium enim simul est cum fine. Adhuc si diceret, notum est quod cum anima discernit, scit principium, finem, & medium. Dicimus id verum esse sed cognoscit hæc non cum medio tempore sed tantum ordinario. Quod patet in visu arborem cernente licet namq radices & ramos simul cernat, tamen cognoscit radices prius, medio ordine non tempore, quam ramos. Quod si visus ita novit, quanto magis Intellectus sciet principium, finem, & medium cum ordine, sine tempore.

CAPUT III. Quomodo Anima habet vires Operationes plures, qualiterq Intellectus intelligit.

Quod si dicat Anima cognoscit simplicia, & composita simul? quomodo habet potentias plures? Quarum una sit prior, & alia posterior? Respondebimus quod Anima unica est simplex sed multiplicant virtutes ejus ultra substantiam, & si videt operari plurima simul, ejus opera sunt multa ratione patientium. Siquidem corpora non recipiunt operationes Animæ æqualiter, sed pro conditione sua. Ergo pluralitas Operationum inest rebus, non animæ. Quare non dicimus quod Intellectus unus operat multa / & formatq specie cogniti sicut

materia prima; Cui actuatus est similis tantum differens quia sit Universalis. Apello autem Intellectum actuatum habentem quasitum obvium Speculationi & Intellectum sub potentia carentem quesito obvio. Et si aliquis objiceret quod Intellectus nunquam habet quesitum obvium, Hoc procul dubio est maximum Mendacium, quia ex Natura Intellectus intelligit perpetuo. Siquidem ejus esse, est operari, & si perpetuo intelligit habet rem obviam semper. Quare Intellectus est res omnes forma Universali, quali intelligit et quali ipse est ex natura sua, ut pluries narravimus. Intellectus autem substantiam suam respiciens, prospicit res alias sicut est idem Objecto, quod est Substantia ejus Speculationi obvia que continet inferiora omnia. Et hoc est quod dixit Sapiens, Deum sublimem creasse Intellectum qui sciat in se ipso res progressas a se & ad se regressuras, conniveat in aliis. i. g. servat formas Universales particulares q dimittit, non enim Universale aufert, cum suum particulare auferat, ut ablatis individuis animalibus, non auferetur animal, sed ablato Universali, auferuntur omnia sub particulari.

CAPUT IV. Quod intellectus non est mobilis, Et quomodo Anima est mobilis.

Et si aliquis diceret. Si Intellectus obviam habet Speculationi aliquando substantiam suam, aliquando res, sine dubio alteratur. Dicimus autem illum esse inalterabilem impatibilem q. Respondemus quod si Intellectus habet obviam Speculationi aliquando res, hoc fit in statibus diversis. Videlicet in Mundo Intellectuali habet obviam Speculationi tantum substantiam suam. Ideo q Intellectio ejus est substantia sua. In altero autem Mundo Sensibili, Speculationi obvias habet aliquando substantiam, aliquando res ipsas, & hoc ratione particularis cujus exercitia revertitur Universalis apud eum, impedimento sublato. Siquidem particulare habet vim Universalis. Suscipit enim predicationem ejus definitum per illud, tantum q ab hoc differt, quod Universali subest. Hoc item fit, ob corpoream dispositionem (media Anima) impressam. Intellectus nam q involutus Corpori vehementer unitus q sensui, habet obviam res Speculationi. Emersus autem paululum habet obviam contemplationi etiam substantiam. Quare Intellectus non variat nisi modo, quo predixim q. Anima autem dicit moveri dicendo res,

quoniam collocat in confinio Mundi intellectualis, fit autem motus ejus reflexus, quia scierdo habet obviam rem speculationi, deinde revertit ad essentiam, verum dicit moveri, quia variat circa rem immobilem. Intellectus autem invariatus restat etiam immotus. Impossibile est autem quod Anima sit immobilis, quando subjacet Intellectui. Subjectum alteri est mobile alioquin esset predicato idem. Unum tamen sciendum quod Anima in Mundo Intellectuali movet potius recte, quam reflexe. In inferiori autem viceversa. Quod si objiceret aliquis quod etiam Intellectus movet, siquidem variat ab aliquo ad aliquid. Si autem variat, movetur proculdubio. Dicemus quod Intellectus nunquam movet nisi volente Autore ejus primario, et tunc movet recte incessanterq; tali namq motus est quedam quies. Siquidem Intellectus est Essentia perpetua insensibilis, quapropter existit ceteris creationis dignior. Et si aliquis adhuc reclamaverit Inquiens, quod intellectus movet speculando quia habet obviam Speculationi quandoq rem, quandoq Substantiam ejus. Respondemus quod si movet Intellectus, movet a se ipso & ad se ipsum, non autem aliter, quare non movet ad res extra se, & ab eis ad se ipsum. Cum omnes contineat, contentas educit ad existentiam, qn item moveat, ejus motus est equalis totius quasiq invariatus. Talis autem est similis quieti. Siquidem motus est ab uno ad aliud, iste autem non est ablativus partibilisve, Ideo non est attentio neq passio. Siquidem Intellectus non recedit a Substantia, nec qualitate pristina. Etenim si Intellectus alteretur, non vere sciret, neq enim firmiter nosset. Sed et Intellectus habens obvias res, nihil movet, quia continet eas omnes ab se progressas, & ad se regressurus, ut pluries diximus.

CAPUT V. Quod Anima non movet in Mundo Intellectivo.

Amplius pariter Anima in mundo Intellectivo non alterabit. Quia illic est pura abstracta ab omnibus corticibus & Compositionibus, atq est in actu, cum nihil corporale tunc ei commisceat, scitq inferiora vere & perfecte. Siquidem ibidem conjungit Intellectui sine medio. Hic devestum fulgetunita sensibus, absq morte igitur ulla, sed potius clarior Intellectui juncta & ab eo formata. Quomodo enim cogitabile sit, quod ipsa moriatur & alia substantie sint incorruptibiles. Siquidem

ipsa servat alias, & servat ab Intellectu. Intellectus autem ab Autore primo, qui est se constat, & Intellectus est facies Animæ ad quem inclinat, & cum quo speculat, quig est prior alijs Creaturis sine medio productus, & medio quo producta fuit Anima, sicut media illa producta est Natura. Hæc autem media Corpus, hoc medio iterum generabilia, corruptibiliag. Anima igit in mundo Superiori est omnino inalterabilis impatibiliq, cognoscit Substantiam suam & totam unica Scientia & penitus indifferente, atq hoc propter unionem suæ, siquidem tunc ipsa & res, & Intellectus sunt unum quoddam.

CAPUT VI Quod Anima habet memoriam in Mundo sensibili & qualem.

Divertens anima ab Intellectu & ad hunc mundum demissa, speculando aliquam rerum ultra intellectum habet memoriam neq ideo meminit Entium Superiorum, alioquin non descendisset huc. Sicut inferiorum memor, illinc recedens istuc descendit. Si prius lapsa ad Cælos si memoriam eorum servaret in eis subsisteret. Quare ut hic existens habet solam inferiorum memoriam, sic etiam ascendens ad Cælum non meminit alterig quam ipsig, & est similiter quasi idem illi. Etenim anima memor aliquarum rerum, eisdem est similis eadem alioquin non esset vere memor. Memoria namq quædam est similis Intellectui, alia vero sensui, & Substantiarum Intellectus est ratio firma. Cogitatio autem est infirma neq unica, sed varia pro rebus cogitatis terrestribg, sive Cælestibg, quibus secundum imitationem est similis, quasi eadem, quæ sunt corpora fere defuncta siquidem secundaria, vere autem similari utrisq minime cogitatio potest ut Intellectui, quia est media inter Intellectum et sensum & ad utrasq pariter inclinata, nec servat perfecte sine illis aliquid. Patet igit quod Anima memor, imaginationi rem conjungit nobilem vel ignobilem. Revertentes igit dicemus quod Anima in mundo superiori nec vetita, desiderat bonum perfectum, intelligit q media Intellectu presentante illud inoccupatum irretentumq, a quo distat per medium Intellectum Anima Universalis & Rationalis. Aversa enimvero Anima bonum primum & ad inferiora conversa, desiderat contenta secundum memoriam. Siquidem non desiderat talia, nisi prius cogitet, & jam prædicti sumus quod Cogitatio est memoria quædam.

CAPUT VII. Quomodo intellectus ignorat Superiora.

Autorem, et inferiores Creaturas.

Quod si subderet quispiam quod Anima speculatq in hunc Mundum, antequam ad eum descendat, Igit eadem ratione ab ipso reversa ad superiorem respiciet inferiorem, & si procul dubio meminit, Iam dictum est quod si Mundo intellectivo nil meminit hujus Mundi. Dicimus quod Anima convidenat hunc mundum per Intellectionem, antequam inhabitet, hoc vero est quaedam ignorantia, non scientia, quae tamen est nobilior omni scientia & hoc ideo quia Intellectq ignorat superiq agens & inferiora. Et memor inferiorum /medio alio/ descendit ab illo honorabili ad hunc Mundum. Propterea autem Intellectus ignorat Superiorem Autorem primum, quia non cognoscit eum perfecte alioquin esset Superior, ut Autor ejus, & si Effectum foret Efficiens sui Efficientis. Quod est falsum & nimis improbabile. Iursus dicit ignorare inferiora sicut praedictimus / non quod careat Scientia earum, siquidem continet eas, unde Causa nostrae ignorantiae est defectus nostrimus. Intellectus autem ignorantiae ratio est summa perfectio ac suprema sublimitas. Propterea quod illas res speculatq non secundum ipsas sed altius, cum sit Causa ipsarum. Res autem est altior in Causa sua quam in se ipsa. Conditor etiam primus cognoscit eas non pariter Intellectui, sed adhuc altiq, quando ipsas quatenus creat, eas cognoscit. Quare Scientia identidem Intellectq est ignorantia, quia non est vera qualis Divina. Ideo etiam dicimus quod Intellectus ignorat subjecta. Haec rursus ignorantia dicitq Scientia siquidem est talium convideratio perfecta, licet non justa Essentiam earum, nec indiget earum Scientia, quae est earum continens omnes sicut Sapiens dixit. Conditor sublimis servat omnia in Intellectu, quae eduxit in Animam solo medio Intellectu, & in naturam media Anima, & in hunc Mundum utroq medio, ordinate, donec pervenit ad particularia. Cum autem Deus creavit Intellectum Causam rerum, ex consequenti etiam ipse est autor earum, nec indiget earum Scientia, & si Intellectus ignoraverit, id circo est, quia eas non produxit ex nihilo, nec primo, sed Deus dicit Scions, quatenus creavit eas, Intellectus autem ignorat justa cognitionem in se ipsi, sic etiam cognitio Intellectus essentia sua, dicit quaedam Ignorantia comparata ad cognitionem Dei Nam cognitio sui sicut est, non est quaedam ignorantia omnino.

Quomodo enim ita esset ~~omnino~~ cum sit alijs scientijs & scitis idem, & per eum speculat Anima, ut ante diximus. Nos autem asserimus quod scientia ejus est ignorantia respectu Condicionis, sic etiam Anima ignorat causatum suum, modo quo ante exposuimus respectu Intellectus, alioquin non indigeret Autore primo Superiore. Quare reversi sumus quod Anima separata ab hoc habitulo, existens in alijs ri, non meminit cujusquam precognitorum maxime sensibilium & corruptibilium, sed versat circa Intellecta ex Sensibilibus, alioquin reciperet imagines quales hic prius, Quod est absurdum, etenim cogitaret, cum autem cogitat imaginat, sicut predocuimus, quod si illic primo imaginarent, tales essent ibidem, quales hic prius & hoc est maximum inconveniens, tantum enim recipiunt medio Intellectu unito. Quare anima non imaginat in Mundo Intellectivo. Portatum ergo antea est, quod ab illo delapsa, indiget memoria convertibilium alterabilium, corruptibilium & qualiter sit ignorantia ejus, comparatu ad Autorem Superiorem, & causatum inferius, per sermonem inductivum.

Capu. VIII. Quomodo Anima divisionem admittit.

In presentiarum dicendum propter quid divisio accidit Animae humanae & quid sequit divisionem per se necesse est autem nosse utrum Anima divisionem admittat & an per se an vero accidentariam? Dicemus itaq Animam corpori conjunctam dividi secundum accidens, Corpore diviso, omne autem indivisibile divisibili conjunctum, divisibile secundum accidens dicit; Divisio autem secundum formam vocat, cum dicat quod imaginativa est ultra vegetalem, & concupiscibilis praeter irascibilem. Dicimus itemquod pars una corporis primo continet imaginativam, alia concupiscibilem, altera vero irascibilem, Anima igitq dividit secundum accidens Corpore subjecto diviso, non autem per se, siquidem substantia nullam divisionem recipit. Item videntes Corpora viventia indigere Anima expansa per omnes partes Corporis ut Animal ubiq Corporis sentiat, Asserimus Animam divisibilem esse, patet autem quod omne membrum sentit donec continet Animam sensitivam. Dicimus igitq virtutem illam dividi diviso membro, et quamvis expandet omnibus membris ipsa tamen non dividit in se ipsa, sed est in quolibet perfecta. Quod si diceret aliquis Animam dividi secundum tactum, sed juxta alios sensus dicendum Animam non dividi etiam diviso tacto, sed minus evidenter, modo quo diximus. Similiter vegetativa.

Appetitiva etiam fugitiva q̃ con extense in corpus minus dividunt inter se, & sunt quidem sensitive, sed ipsa alias, ob id magis divisas. Istæ nam̃ sunt minus in corpore discrete, siquidem non operant per instrumenta locis disterminata, alioquin prohiberent operari in toto corpore. Quare vires Animæ quædam sunt Organis propijs in corpore differentes, quædam autem sunt in toto corpore commixtæ.

CAPUT IX. Quod unus sensus communis complectitur omnia sentiendi Organa.

Unica virtus sensitiva unit omnia Organa sentiendi defluens in ea per sensus proprios medios, quorum objecta cognoscit, ac discernit. atq̃ existit indivisibilis, neq̃ operat̃ per unum solum instrumentum, propter magnam spiritualitatem. Quare omnes sensus terminant̃ ad eam, sicut omnes lineæ a circumferentia Circuli ad Centrum, & cognoscit simul ac in momento omnia ipsi sensui ferunt̃. Omnis enim sensus proprius discernit solum speciem objecti proportionali, sicut visus albedinem, & nigredinem, & cæteros colores. auditus sonum acutum, levem, & gravem, tardum, & Odorat̃ fœtorem ac reliquos odores. Gustus dulcedinem & alios sapores. Tact̃ asperitatem & lenitatem. Sed ista virtus spiritalis communis sensibus discernit sensibilia eorum, & species singulorum, & refert illa ad Imaginativam, quæ eadem formatæ componit ad libitum. Deinde etiam refert ad memoriam servantem ad usum opportunum, quæ adhuc cogitativa trahit ad aliam dispositionem, quousq̃ ad Intellectum perducat. Et sunt omnes hæ virtutes spiritales, & operant̃ per se, sine organis corporalibus manifestis.

CAPUT X. Quod Anima non est in Corpore ut in loco, nec virtus in Organo ut in loco.

Oportet scire utrum his virtutibus Animæ memoratis aliqua, adsint loca in corpore, an non. Dicimus enim quod vitus virtutis animæ cognoscit esse in ea parte Corporis, in qua Operatio ejus manifestat̃. Et virium Animæ quædam minime indigent locis, ut existant illis, sed potius ut operationes eductas in eis ostendant, ut receptaculis idoneis, Anima autem est quæ aptat operationi membrum, & virtutes animæ sunt alterę pusta membrorum alteras dispositiones, non autem sunt aliæ simpliciter inter se neq̃ Anima ex illis componit, sed est simplex & quas habet vires honorabiles, continuo influxu partibus Corporis tribuit, et ob id vires non sunt

Anime instrumenta. Sed et quanto sunt nobiliores, tanto magis sunt in ipsa anima tales quam in membris. Reverti igit ad rem primam, dicimus quod si omnis anima vis careat loco, non differet vis exterior, ab interiori, neq fiet pars Corporis motiva diversa a sensitiva per influxum virtutis inditum, quod nullatenus convenit. Item sequeti quod ignoret, quibus instrumentis operationes Anime existant. Quod si quispiam respondeat virtutes anime quasdam habere loca, illa videlicet membra in quibus operationes earum apparent. Rursus dicemus quod si ita foret, non tota Anima in esset nobis. Sed pars aliqua extra nos maneret, aq hoc est maximum improbabile. Quapropter narrantes asserimus, quod nulla pars anime extat in loco aliqua ratione, sive anima insit Corpori, sive non insit. Quoniam locus ambit continetq locatum, & quidquid continetq alaco est Corpus. Et quando dicimus vires anime in esse aliquibus membris non intelligimus quod sint in illis ut locis, Sed quod in eis operationes suas ostendant. Aliter enim se habet Corpus ad locum, quam Anima ad locum. Siquidem Anima continet Corpus, non autem continetq ab eo. cum sit causa Corporis. Rursus autem dicimq quod anima non est in Corpore tanquam in loco, alioquin Corpus quandoq foret sine Anima, aq Anima ipsa subiret Corpus paulatim, sicut aqua vasculum. Item locus non est in Corpore, sed circum Corpq, cum sit Concepti aculum ejus, estq amplior Corpore utpote continens illud. Corpus autem non est circum Animam, et si cuidam impossibile videatq quin Anima sit in Corpore ut in loco. Dicimus quod locus ejus est superficies extrema circum Corpus. Quare anima existet tantum in extrema Corporis superficie, reliquum vero Corpus carebit Anima, hoc autem minime decet. Amplius si Anima sit in Corpore ut in base, Corpus erit causa motus anime ipsi quod non est verum, sed Anima est causa motus Corporis, nam vas motum secum movet rem vascatam, item corrupto corpore, corrumperetq Anima, Quod est falsum, imo etenim anima est firmior tunc. Si autem quispiam adhuc diceret quod locus est spatium quoddam, non superficies extrema. Dicimus tanto magis animam non esse in Corpore ut in loco, quia spacium est vacuum, Corpus autem non est vacuum, sed in vacuo. Quare etiam Anima existens in Corpore, ex consequenti existeret in vacuo Quod est absurdum. nq etiam anima dicit in esse Corpori ut accidens subjecto, verbi gratia color ac figura Corpori su-

stinenti, accidentia enim non existunt seorsum a Subjecto incorrupta. Anima autem separata a Corpore resoluto, sine corruptione sui. Neq item Anima corrumpit corrupto Corpore, sicut pars resolvit resoluto toto, quia Anima non est pars Corporis. Amplius non est anima in Corpore, ut totum in partibus, quoniam est maximum inopinabile, dicere Animam esse totum, Corpus vero partem ejus, Neq etiam Anima est in Corpore, ut forma in materia prima, quia forma est inseparabilis a materia prima absq corruptione, Anima autem non est hujusmodi, siquidem sine corruptione separatur materia prima quoq est prius forma. Corpus autem est posterius anima quae facit formam in materia prima, ex illisq perficit Corpus, quare non est in Corpore ut forma in materia prima, non enim agens est in acto, ut inhaereat illi, alioquin viceversa efficeret ab eodem. Jam igit probatum quod Anima non est in Corpore. his modis quos praefati sumus.

LIBER TERTIUS.

CAPUT. Quod Anima non est Corpus.

Cum hactenus absolverimus proponenda de intellectu & anima Universali, Rationali, sensitiva ac vegetativa, necnon de naturis secundum ordinem suum, per signa ostendentia veritatem Philosopho. Sollicitantia autem alios ad inquisitionem speculationem quam utilitatem faciendia. Nunc explicabimus essentiam Animae secundum stilum priorem. Exordiamur igit recensentes opinionem credentium Animam esse Corpus. Item asserentium eam esse Compositionem accidentem Corpori, partium ipsius unionem. Reprobantes utrosq, delegentesq illorum in rationibus fallacias, atq in hoc narrabimus, quidquid ad manus nostras provenit. Circa hic opinionibus. Dicimus igit quod Operationes apparentes in Corpore proveniunt a virtute, quae agit mirum in modum, non ab ipso Corpore quod patet. Quoniam cum in omni Corpore sit quantitas & qualitas, Quantitas est alia a qualitate. Impossibile est enim Corpus esse sine quantitate quod etiam illi confitentur, non autem sine qualitate. Item quomodo possibile est qualitatem esse Corpus, et eandem non cadere sub ratione sensibilem. Siquidem omne Corpus subjicit quantitati, non autem qualitas sensui. Quare cum nulla qualitas sit Corpus, Opinio quod Anima sit Corpus est vana & falsa. Dicimus etiam sicut antea quod omne

Corpus sablata particula, minuitur qualitas autem remanet quoniam magnitudo libre mellis non est aequalis magnitudini semilibre, est tamen aequalis dulcedo. Quod si quis adducat virtutem augeri aucta quantitate, minui autem minuta. Respondemus, quod imo contrarium videt. scilicet quod Corpus est parvum & virtus fortis, quare qualitas seu virtus, non est ipsa quantitas, sed alia ratio quam Corpus vel Corpusculorum congeries, quod non sapit nisi naturam materiae Corporis, aliquin qualitas non operaretur. Quod si dicat aliquis, Animal spiritu omni, spiritu egresso, mori, et si Anima sit essentia talis a sanguine spiritus, quare his excedentibus Animal perit. Respondemus quod quamvis humores non vivificent Animal, sed aliud tamen Animal indiget illis ut vivat, & humores se habent ad Animal, ut Anima ad corpus. Anima igitur regit eos, aptatq forma Corporis. Siquidem cum Corpus sit resolubile si Anima non restauret illud per hos humores, non subsisteret diutius. Quare consumptis Elementis non remanente materia Animae, pro Corpore servando, Animal corrumpit. Sunt igitur humores materia Animalis, Anima autem est causa Efficiens. Patet adhuc quoniam Animalia quaedam carent sanguine, quaedam vero & spiratione, quibus nihilominus inest talis natura. Impossibile est enim Animal existere absq Anima. Praeterea si Anima sit Corpus, impossibile foret ipsam diffundi per Universum Corpus & omnes partes unite. Item si Anima foret Corpus contemperatum commixtumq ex Elementis Corporis, Anima non esset in actu, sed in potentia, sicut ipsa Elementa, & corrumperet sicut ipsa composcenda corrumpuntur secundum Substantiam. Seu dulcedo quando commiscet amaritudini, unum Corpus etiam commixtum alteri constituit aliquid majus, Anima autem inexistens Corpori non reddit ipsum majus. Sed tantundem extat. Item patet parte Corporea divincta a Corpore sit Corpus minus, Anima autem a Corpore separata Corpus augeat tumescens. Amplius existente omni corpore resolubili, Anima non est corruptibilis. Ergo non est Corpus. Item Corpus unum Compositum alteri, non penetrat totum ipsum, Anima autem penetrat omnes partes Corporis, Corpus etiam est dividibile in infinitum. Anima autem minime. Amplius cum opinantes Animam esse Corpus, asserant Omnia agentia esse corporea. Quaeritq ad quodlibet Agens sit generabile? & si ita? Igitur unum genitum est ab alio,

& sic in infinitum. Quod est absurdum. Quare est aliquod Agens primum perpetuum, ex consequenti etiam incorporeum, non igit omnia Agentia sunt Corporea. Quod si Agentia sunt ingenerabilia incorruptibilia, sic etiam Anima formatrices Corporum. Ideo non sunt Corporea, alioquin non existerent firma. Quidam enim vere crediderunt animam esse Corpoream, quia viderunt Corpus operari varia, ut calefacere frigefacere, Animam similiter agere opera diversa demiranda, ignorantes quod Corpora operantur non per se, sed per virtutem inexistentem aliam a Corporalitate, & si Corpora etiam agerent ex se, non tamen Operationes illorum, quales sunt calefactio, frigefactio sunt similes Actionibus Animae, quae sunt Cogitatio, Speculatio, desiderium, observatio Justitiae. Vis enim talium effectrix est alia quam Substantia Corporea.. Quare praefatae opinionis Autores adscripserunt Corporibus Operationes Spirituum, Spiritum ipsos otiosos reliquerunt. Adhuc si Anima sit Corporea penetrans Corpus, pertransiret partes infinitas quod est falsum. Siquidem impossibile est partes infinitas esse in actu, aut si non pertranseat omnes Corporis partes, non penetrabit ex Consequenti totum Corpus. Penetrat autem Anima totum Corpus, cum sit ejus causa, ob id q major, neq penetrat incidendo singulas partes, cum sit incorporea, sed alia ratione melius. Et si dicat, quod anima est Spiritus Naturalis refrigeratorius qui ex Commistione elementorum per Subtiliationem aliquarum partium resultavit est magnum mendacium, quoniam calor Elementaris pluribus Animalibus dominat, quibus inest Anima absq hujusmodi Spiritu refrigeratorio.

CAPUT II. Quod Anima non est Complexio, & qui sit Ordo rerum Universi.

Si qui dixerint Naturam esse priorem Anima & quod Anima fiat ex commistione naturarum differentium, sequitur maximum inopinabile apud Sapientes, videlicet quod nobilius sit posterius ignobilioni, quod est falsum & impossibile. Inter Entia creata etenim Intellectus est primus, deinde Anima, postea Natura, atq omne inferius est ignobilius, omne autem superius appetitum, est nobilius universaliusq. Et si etiam dixerint Intellectum esse posteriorem Anima eadem ratione sequitur Summum Creatorem existere posteriorem Intellectu, sed & generabilem corruptibilemq, quod est falsum, neq enim hic est verus ordo. Aliquin

Anima, Intellectus, atq; aliud non existerent. Ea propter: Nos asseri-
mus, quod Deus creavit Intellectum primum, et constituit Procurato-
rem rerum aliarum. Creavit autem eum medio Verbo quodammodo
neq enim inter ipsum Deum & Intellectum aliud medium intercedit
nisi Verbum, quod certe etiam fuit Onagenn Intellectus, Intellectus au-
tem fuit Causa Animæ, Anima vero Causa Naturæ. Natura denq prin-
cipium individuorum generabilium, unius q subinde medio agente alte-
ro. Deus autem est Causarum omnium Autor, ratione qua eas produ-
xit ex nihilo, inseritq Intellectui contentas ab illo sub forma Universali
quas postea edidit pro tempore aliquando cum medio, secundum illand
captum ordinemq, nisi quod una extat inter Causa alterius. Deus igit
est autor omnibus causis & quid existant & quod causent tantumq pro-
ducendo differentia quapiam inter illas cadit, quod est Autor alicujus
Causæ sine media alia.

CAPUT III. Quid Deus sit & qualis.

Quod Deus existat demonstratio memoranda hæc est quoniam non est
aliquid in potentia, quin aliud sit in actu aliter enim non exiret ex
potentia ad actum. Siquidem potentia non est aliud quam possibili-
tas actus, nec potest existere actu ex se ipsa, quia non decet quod ali-
ud sit Agens sua existentiæ. Agens namq est prius acto. Talium est
enim aliquid esse prius, ac posterius se ipso eadem ratione, quare si
potentia ducat ad Actum, necesse est aliquid esse in actu mero, quoniam
non extat aliud a quo adducet, Atq hoc est Ens necessarium, perpetu
um, intrans, mutabile, indiminuibile, inalterabileque omnes quoq
Actiones provenient ab ipso, & quidquid fuit sub potentia convertetur
ad actum precepto ejusdem, Ipsum quoq extat inalterabile, quoniam
est improductile, atq hoc, quia existit necessario in actu ex essentia sua.
Imo est Ens verum, atq etiam supra Ens. Propterea quod ab eo Enti-
tas pendet, & in ipso servat, ad illudq revertitur, nec est imaginabile,
quod sit in aliqua potentia, alioquin indigeret altero producente ad a
ctum, & omne aliud ab ipso cogitat esse in potentia prius quam actu
Nam privatio est prior Entitate, potentialitas necessitate: est autem in
diminuibile, utpote Ens verum absolutissimum, non convenit alii in
aliquo communi sed est Ens prius quolibet proximo, cum sit Agens
omnium. est Ens necessarium per quod describitur, scit omnia præteri
præsentia, ac futura, sub una ratione immodus, quoniam scit illa
quatenus est autor eorundem. Res autem sciunt ab altero quate-

cernuntur. Item ducit aliquid ex potentia ad actum contemplans
seipsum, non aliquid exterius, semper inalteratus, quia est summus
actus. Creatura autem est impermanens, quia corruptibilis, tum et re-
vertibilis ad potentiam, atq hoc quia generabilis. Existens vero actu, est
nobilius existente in potentia, namq extat actu, postquam fuit poten-
tia. Cruq potentia, non est Ens verum, & si hujusmodi passibile di-
cat Ens late, non vero appellat ita. Quare probatum est, quod actus
est melior Potentia & Universalior, differens a Natura corporea, utpo-
te intransmutabilis, quodq Intellectus & anima sunt priores quo
Natura, quoniam haec est utriusq opus.

Cap. IV. Quo ordine qualique ratione res producantur et quomodo Deus agit.

Praeterea sciendum quod Anima existens actu causata est ab Intellectu In-
tellectus autem etiam existens actu productus est a principio primo, qui
immittit Animae formam potentiamq receptam ab ipso principio primo
inserente illi rerum producibilium universitatem. Anima porro solum
operat circa materiam primam, [media natura Coelesti] quae est hono-
rabilis. Intellectus autem circa Animam sine medio, idemq circa Na-
turam media Anima. Namq Anima efficit formam in ~~Anima~~ Materia
prima. Intellectus quoq efficit formam in Anima. Omnes autem for-
mae insunt Intellectui congestae a summo illo principio insitae, concre-
ataq. Amplig Intellectus servat formas in Anima et Anima ser-
vat formas in Materia prima, quoniam uterq operatq illas. Superq
vero eorum Conditor est Ens bonum absolutum, rerumq. Ideo fecit ea
existere, novans ipsarum formas, & operatq omnia secundum essentias
[quia existit Ens verum actus] aliquid certe sine medio, aliquid cum
medio, novans autem res, rerumq formas, ut Actus verus absolutus
speculat essentiam suam, agitq momento. Intellectus autem existens
actu, cum habeat ipsummet actum Superiorem, sumit ab eo vim im-
missam, ideoq servat opus suum ut assimilet agenti, qui est Actus
absolutus, idest Essentia vera, intelligensq aliquid, respicit illum
Actum superiorem, agitq opus perfectum, quia Agens per vim immis-
sam ab eodem, tangelam illemet agit. Anima pariter quoniam re-
mittit influxum virtutis ab Intellectu ad agendum, imitatur ipsum
Intellectum, & respiciendo ipsum, operatq per eumq influit alteri. Agens
namq verum, est actus absolutus, Essentia ac Sapientia perfectissima
et tale Ens agit contemplans essentiam suam solam, quia nihil existat
aliud ab eo, quod non processerit ab illo. Hoc unum existat per se,

& producit omnia alia, ac dirigit producta, servatq; permanentia. Sed et movet a se eadem, ad seq. Hactenus igit probatum est quod Intellectus est prior quam Anima sit. Anima autem prior Natura. Natura quoq est prior generabilibq, corruptibilibusq, & denig Conditer omnibus, principium cujuslibet Agentis, actionisq. Qui prius creat, denig perficit, unico tamen momento inchoat, firmat, terminat breviterq Universum absq Causa altera excitante, præcipienteve. Cumq omnino aliud Agens operet ad aliquid, ex consequenti solus iste est Agens verum.

CAPUT V Quomodo Anima est in potentia, quanquam non est harmonia

Revertentes ad propositum. Dicimus quod cum Anima sit Ens actu impossibile est eam dici Ens potentia, nisi cogitemus ita dici quoniam est producta ut prius dictum, quanquam in quodlibet producto sunt actus, ac potentia, et quod Ens actu rediminutum est ipse Deus principium rei translatitiæ ex potentia ad actum. Intellectus porro atq Anima non dicunt sic actu & potentia, quia producunt cum mora temporaria, atq alternatim ut Corpora generabilia, & subinde corruptibilia. Si quidem permanent, perpetuoq existunt. Unde etiam hac ratione Anima non est Spiritus, nec Corpus aliud quale libet omnino, Si aut et superius probatum, quod quamvis aliter a nonnullis narratum sit, tamen quod nuper a nobis scriptum est satisfaciat. Quod si adhuc dixerit quispiam Animam esse aliquid ultra naturam Corporum, Exploremus & hoc istud, ac quid sit talis compositio Corporis per quam Anima describit. Pythagoricæ etenim Sectæ quidam dixerunt, quod Compositio Corporis, est similis Compositioni Citharæ, quandoquidem sicut Chordæ citharæ rectæ, secundum proportionem ~~thoracis~~ temperatæ Citharam admittit harmoniam, Citharœdo pulsante. Ita etiam humoribq contemperatio resultat Corporis totius Complexio vera per quam Anima describit. Hic autem sermo videt impossibilis, cujus rationibus (quanquam fortibus & evidentibus) respondebimus abunde improbantes. Etenim Anima est prior compositione Corporis, quod et ipsi fatebant, siquidem ipsa fecit hujusmodi compositionem sibi aptam. Anima item dominat Corpori, prohibetq operari plura secundum naturam Corpoream, Compositio neq dominat Corpori, neq prohibet operari secundum naturam Corpoream. Sed et Anima est Substantia, Compositio autem non est Substantia, accidit enim humoribq contemperatio. Item quando Corporis Compositio est optima, Corpus ex consequenti est sanum atq indolens. Non tamen semper ita se habet, quando Anima est optima.

Amplius si Anima sit Compositio, cum variorum membrorum sint compositiones variæ, uni Corpori inerunt plures Animæ. Quod est absurdum valde. Adhuc si anima foret Compositio Corporis, fieret a se ipsa nam Compositio partium Corporis fit ab Anima, non enim a se ipsis, cum fiat ab aliquo priori. Sicut etiam Compositio cordarum quam sequunt Concentus Organi Musici, non fit a se ipsa, sed a Musico, corda siquidem componunt, non autem se componunt quæ est Operatio ignobilis. Similiter si anima sit Compositio Corporis, cum hæc fiat a Corpore, sequit quod Anima fiat a non Anima, quodq Entia sint inter se priora comparatu solo, non producit autem forma aby Anima formatrice, alioquin fieret a Casu quod est impossibile rebus particularibus Universalibusq. Anima itaq non est Compositio Corporis.

CAPUT VI. Quid sit Anima.

Si dicat quod veteres Philosophi concorditer asserverunt, Animam esse Actum Corporis Physici Organici, quodq Actus non est Substantia, quia inhæret Substantiæ, Anima igit non erit Substantia. Respondemus quod oportet hujusmodi rationem examinare. Actum ergo hunc attici quidam abster Entelechiam vocaverunt, Philosophi idem dixerunt, quod anima est Corpori quadam proportione, sicut forma materiæ, quæ Corpus fit nisi quod Anima non est forma Corporis, quatenus est Corpus tantum, sed est actus Corporis Physici organici, potentia viventis. Jamq probatum est quod Actus Corporis est Substantia non accidens. Eapropter autem dictum est, Corporis Physici distinguendi illud gratia sicut artificiario quodlibet pingit. Item potentia viventis ad discernendum ab inanimatis, qualia sunt lapis, & ferrum, & similia, quæ quamvis sint Corpora Physica, tamen non sunt potentia viventia, adhuc etiam Organici, desit habentis instrumenta exercendi opera vitæ, qualia sunt Cerebrum, Cor, jecur, membra principalia. Actus quoq est duplex, quidam separabilis, sicut Nauta navis aut Equus equi quidam inseparabilis, sicut caliditas ignis, frigiditas nivis. Actus igit separabilis non corrumpit corrupto subjecto, inseparabilis autem corrumpit. Anima itaq est actus separabilis Corporis Physici non enim corrumpit corrupto Corpore, ut jam ostensum. Actus rursus quidam est perfectio materiæ suæ, ut caliditas ignis per quam existit, quidam agit perfectionem ut faber Domus, Anima est actus Corporis

Physici, non quiescit perfectio ejus, sed quoniam agit perfectionem in eo, ut puta sensum, Intellectum, Imaginationem, & alia opera, siquidem Corpus ante animationem est imperfectum, non est autem Anima perfectio Corporalis, alioquin foret divisibilis / Corpore diviso/ sicut figura Statuæ secatur dispecta Statua ipsa.

CAPUT VII. Quod Anima est Actus separabilis.

Anima non est perfectio cujus Membri, ut visus Oculi, quia perfectionem singulorum membrorum agit, & corruptis hic singulorum membrorum perfectionibus, non est necessarium Animam corrumpi. Sed est separabilis Actus a Subjecto cui inest, non autem est corruptibilis, quoniam habet Operationes per se sine Organis Corporalibus rectas morum bonorum, contrarias Corpori discernit, sine medio omnia membra ejus. Exercet autem operationes inorganicas existens munda contemplansa res incorporales. Quare Essentia Animæ procul dubio restat Superstes corrupto Corpore, alioquin Operationes ejus forent nobiliores essentia. Quod est absurdum valde. Siquidem Essentia est causa Actionis, falsum est autem effectum esse meliorem agente, Anima etiamsi sit inseparabilis actus, ut forma naturalis. quo modo in somno elevat a Corpore sine divulsione? ad suscipiendum prophetiam, revelationem? Sic autem quod in Vigilia emergit a Corpore, reversa ad essentiam suam, remotis a se dispositionibus materialibus, sed hoc patet maxime nocte, propter quietem sensuum, cessationem illorum ab operibus. Rursus si Anima sit perfectio Corporis per quam est Corpus, non moveret illud, contra suum impetu neq cognosceret, quamvis discernat sensibilia, non tamen est similis sensibus, siquidem cognoscit rem etiam dissimilem ad secundum Naturæ ordinem, sensus ipsi recipiunt simulacra rerum, Anima vero discernit. Neq item Anima specularet, si corporea si ipsa foret Corporalis forma. Sed et si Anima esset perfectio naturalis, non moveret illud appetitu ad contraria. Preterea si Anima indigeat Corpore ut existat, ac versa vice Anima communi compositione, sicut virtus, & membrum unum non adversaretur alteri. Olim autem inventum est quod Anima Scientia plena, ac exercitata a Corporeis desideriis: adversata est Corpori, quamvis anima quodammodo bonis moribus instructa communicat eorum perficiens respectum Corporale, liberansq a detrimento, unde illud animæ parcens non odit alterum, neq aliter afficit prave. Qua ratione etiam Anima est perfectio hujus modi? et potentia Corporis. Incipit dim-

ab Anno quadragesimo, virtus autem Animæ augeri. Præterea anima hominis non est perfectio Naturalis, ut anima Bruti quandoquidem bruta regunt instinctu naturali citra scientiam, homines autem nequaquam tali Naturæ ductu aliquin non incumberent disciplinis. Dirigunt enimvero ab Anima doctrina instituta, quæ prius fuerat informis, tantumq; aptæ formari. Sed et si anima sit perfecti hominis, ut anima Bruti, non esset possibile hominem gubernari ab altera substantia, nec illi pareret, utq; Bruta ipsa, non inquireret formas alienas a Corpore: occultasq; speculatus. Amplius sicut aer recipiens omnem colorem. Aret quolibet illo. Etenim si unum quempiam habeat, non admittat alterum, pariter aqua. Oculus quoq; si contineat unum colorem, non comprendet reliquos. Sic auditus, odoratus, sensusq; alii. Item etiam Anima humana cum recipiat discernatq; omnes formas Corporales, non est una quædam ex illis, neq; vero anima humana recipit cognoscitq; formas Corporales: ut Brutalis communiter, ineuidenterq; sed specialiter discernit: aperteq; comprendit per propriam rationem, ut colorem, odoremq; definite. Quare satis probatum quod Anima hominis non est forma naturalis ut bruti, ac præcipue, quoniam si esset talis, obsequeretq; Corpori inadversata ejus impetui inclinationiq; neq; dominaretq; illi. Præterea quoq; facta Corpori impressione, fieret etiam Animæ similis, atq; homo foret tantum sensitivus, siquidem Actus Corporalis conditio, non excedit sensum, neq; vis cogitandi consulendiq;, quod est discere ignotum ex prænoto, collectione unius ex alterius insistu Corpori. Cumq; hæc prævidissent opinantes Corporalitatem animæ, coacti dixerunt, quod extat alia Anima, aliusq; Intellectus immortalis, quanquam hic est actus, non ut perfectio naturalis patet. Sed effectrix perfectionis, quæ est anima una quæ recepta dicit actus Corporis Physici Organici, potentia vivendi. Nos autem dicimus, non esse alteram animam supra rationalem, quæ gubernet hominem, & quam Philosophi vocarunt istam actum, quæ perficit Corpus Physicum.

LIBER PRIMUS.

CAPUT I. Qualis Deus sit.

Qui superato corpore sedavit sensus, affectusq; materiales, depuratq;

imaginatione, reverg est ad substantiam Intellectus agnoscet dignitatem suam, quod est roboratg ad speculandum mundum Intellectualem, secundum celsitudinem ejus, Ideamg ejus supremam, quae est lux lucum, bonum bonorum, dignitas dignitatum, atg entitas entium, et ipsummet Ens, extra quod non est aliquod Ens. quanquam existit desiderium sui ipsius, est quog principium per quod omnia existunt, ac permanent, est appetibile ad quod omnia naturaliter appetentia movent per naturam propriam, quae est forma imitata per motum igit illum existunt, sicut per impressionem essentiae receptam producunt. Jam enim alibi probatum quod substantia naturalis existit per naturam propriam, cujus firmitas est forma, hujus autem firmitas est imitatio sui Exemplaris. quare omnia appetunt illud, appetentia movent ad ipsum, mota efficiunt ab eodem, quanquam est omnino immobile, sed movens omnia motu per quem existunt, donec perveniant ad motorem unum, supra quem non est aliquis. Ideo hic primus conditor est principium omnis essentiae ac permanentiae. sine quo nihil existeret.

Caput II. Quod etiam Materia est producta a Deo. quanquam moveat ad illum, & quomodo probet.

Dicet forsse quispiam quod substantia ad quam resolvit omnis forma naturalis, non inest motus talis proprius, quoniam motus fit per desiderium, illi autem non inest desiderium. Quare si non est mobilis, non etiam est secundum essentiam producta sed compositum. Ipsa autem est causa omnis motus. Huic respondebimus, quod ita sentiens errat. Primum enim simplex ad quod resolvunt omnia alia nunquam caret omni forma propria per quam res existunt aliquin vacuum formis non subsisteret. Sed cum aufert una forma succedit altera quare recipiendo subinde formam a primo motore efficit etiam ipsum. Quapropter Sapientes adhuc jam dixerunt, quod materia prima movetur motu, qui est receptis forma, & quod appetit formam ut imperfectum perfectionem: puta oculus visum, femina marem. Ideog movetur quog motu, qui est appetitus forma recipiendae. Et receptivitas formarum est ratio per quam illa est Ens. Sin quod si aufertur talis natura recipiendi non subsistet, neg intelliget. Et si dicat quod subjectum adhuc resolvit ad aliam dispositionem simpliciorem, erit sermo qualis de resolutione ad movens, infinita. Quare materia etiam prima existit per motum, qui est actus perfectus. Est autem imaginabilis transmutatione successiva in infinitum: ab una forma

ad aliam, nec nisi cum receptione formæ est principium rei. Inditii exemplum est, rerum solidarum varia figuratio ad omne propositum. Quare jam probatum quod omnis alia Substantia habet Efficiens in Essentia, existentia q, ac permanentia: Primum agens, quod est movens primum Universale, & quod omne mobile movet ad illud, quamquam omne factum motu, permanet etiam motu. Propterea quod motus est actus Entis in potentia, idest perfectio eductio q entis ad Actum.

CAPUT III. Rursus qualis est Deus, quanquam non est prior tempore aliis.

Conditor primus est Autor Mundi, præcedens in infinitum immobilis. nec enim est quando q talis, postea quam non fuerit finis, & principium cujuslibet Entis, prius prioritate Agentis ad actum omnimoda, non nisi per quod restit, ac durat non autem dicimus eum priorem tempore, aliequin ponneremus ignobiliorem Entibus quamplurimis. Siquidem unum non est prius tempore altero, nisi quia sub tempore complectuntur utrumq, hoc autem est impossibile ipsi, cum sit Causa omnium: imo etiam Substantiis simplicibus: quanto magis Deo sublimi, Tempus namq est inferius naturaliter Anima, Intellectus q, atq aliis Substantiis simplicibus, quæ sunt Causa temporis. Etenim diximus, quod Mundus aliquando non existit / et quod tunc præfuit tempq infinitum: deinde egressus est ad existentiam, sequit Deum habuisse Autorem Socialem Superiorem q excitantem & ad productionem Mundi. Absit autem adscribere hoc illi. Item si dixerimq, quod mundus habuit non existere tempore infinito, sequit quod fuerit aliqua causa altior quæ prohibuerit productionem Mundi. Quod si foret, oporteret esse adhuc aliam causam illi Superiorem. Hoc autem tanto magis absurdum est inesse Deo, quanto is Intellectus Animaq est Excelsior, cujus sublimitatem, magnitudinem q. et si velimus comantes narrando, considerando q, minime attingere poterimq. Qui certe Essentia existentiaq excedit omnia alia Entia sigillata, pendentiaq. Quorum productus per sciam Essentiam Intellectus primum, sub Ipsoq Animam, & singula genenabilia. Ideo parcetur humana infima, nequit istum comprendere, nihilq attributorum ejus persciri valet.

CAPUT IV. Quanta sit dignitas Mundi Intellectivi, & qua ratione ad illum perveniatur.

Narremq modo paulisper pro facultate nostra dignitatem Intellectq mundiq Intellectualis nobilitatem & quale sit ingenium ascendendi ad illum secundum essentiam inq considerandum. Dicimus itaq quod Intellectus est sicut inter punctum Circuli quod continet quicquid angulorum, Coztarum linearum, & superficierum, aliorumq imaginabilium ipsis caeteriscq figuris inest. Ipsum est indivisibile ac indimensibile. Omnes lineæ Circuli sunt revertiles in idem, ortæ ab eo. Ideo vocat Centrum. Nominat quoq Circulus qui omnes illas intra ortas circumplectit, servans ut visitas quaslibet Mundi figuras subinde ducatis. Quando autem dicit quod Intellectus est sicut inter punctum Circuli continens alias formas, intelligit quod Scientia Nostra de illo habet ab eodem, ac subintrat nos in ortu cum vocat indivisibilis: Sentq est quod essentia ejus non illi sufficit ad cognoscendum alia cum sit Animabq Nostris appositus. neq ideo est alienabilis a substantiis subterioribq, sed ejus scientia provenit ab agente primo ac vero, atq omnis particulari imago, est signum minimum ad enarrationem cognitionemve illiq in ipsum reversam, aliàquin non esset Universalis, neq hui existit aliquid conveniens illi instis rationibq, neq extat quicquam quod sit ejus expressio. Ideoq non adest Nobis judicium, neq Exemplum par ad illud perspiciendum. Ex consequenti qualis est Speculatio nostra illiq Autoris qui est. Essentia ipsissima pura, plena luce, honore, altitudine cujus Mundq est omnium nobilissimq. Quare Intellectus titulos, Mundiq Intellectivi dignitatem, solum pro viribq ingenii nostri exponemq. Imprimis recitantes rationem qua elevamur ad illum contemplandum. Ait Mundi itaq sic se habere quod Intellectualis est superior Sensibili, utpote Causa ejus virtutemq infundens, Ad quos exemplum proferunt duo Lapides quorum unq sit egregiè sculptus, alter informis, tunc enim unus est perfectior altero, non quatenus Lapis, siquidem ambo sunt Lapides, sed quatenus figuratq, cujus Artificium non influit materiæ sed menti Artificis prius conceptum quam Lapidi insitum, Artificium porro inest Sculptori, non ne quateng est oculatus, manuatus et pedatus, sed quatenus est Sculptor peritus Artis per quam judicia agenda, formaq Universales illi insunt, ipse autem singulares facit & pulcras quæ quidem habent essentiam unicam, sed fiunt materiebq plures, corrumpuntur, formis Universalibus incorruptis. Quare Artificium est Nobilq ~~illest~~ in Artifice quam in Opere

neq eadem secundum essentiam præest in artifice, forma quæ succedit in lapide, sed illa permanet forma in artifice, ab illaq procedit alia in materiam, opera sculptoris informa minus pulcra, neq absoluta pro conatu artificis, sed juxta capacitatem ipsius materiæ quæ plus minusve, ad imitationem illius etiam vera existit. Forma quoq in materia est singularis, inseparabilisq: & si transferret ab uno subjecto ad aliud adhuc tanto magis diminueretur.

Brevi ergo colligimus, quod omne agens est nobilius subjecto, hoc enim separat, illud supponit, quodlibet etiam exemplum est meliq exemplari, quoniam singulæ formæ bonæ provenuunt ab universalibus priorib⁹ altioribusq: artificiales quidem ab eo quæ in est animo artificis & quæ est melior illa, quæ facta est in marmore. Enimvero ars ipsa respicit intellectum, siquidem constat per petua, quoniam emulatq naturam, quæ adhuc necessario pervenerit similis, quia imitatq alterum videlicet intellectum superiorem, nec enim artifex operando solum sequitur artificium factum, sed ascendens sumit a natura simulacrum, per quod opus reddit pulchrius. Et si forte naturalis forma quam effingit sit imperfecta, ipse perficit imitatione intellectualis secundum tamen aptitudinem materiæ suscipienti, ut si artifex velit facere imaginem Jovis, non respicit aliquam formam sensibilem, sed cogitatione supergressus, pingit illum effigie omnium pulcherrima. Unde si inveniet Jupiter se visibilem formaret non alia quam ea quæ artifex similitudine exprimeret.

CAPUT V. Propter quid, Ars naturaq faciunt pulchras formas, & in quo sit pulchritudo.

Perscrutandum nobis hic, quomodo ars aliq natura efficiunt pulcras formas ultra qualitatem aliam potentialemq materiæ. Inprimis igitur pulchritudo animalium non consistit in sanguine ipso, siquidem hic invenitur in omnibus ejusdem speciei individuis, quæ sunt proxima: similis atq aliter nemo visu testari potest, & non sunt animalia illa æque pulchra, neq sanguis retinet servat proportionem in quolibet animalis specie. Quædam enim sunt sanguinea quædam vero existunt diverso quomodo igitur sunt omnes pariter pulchræ? nec omnes æque sanguinei? Pulchritudo item consistit in colore figuraq oblectantibus moderatis, sanguis autem, qui cum sit simplex,

est ut materia animalis, non figurat, nec oblectat, non est igit materiæ pulchritudinis ulla. Porro indulgi huic boni recepti qui novit specositatem mulieris fuisse occasionem belli maximi diutirnig, Inter Eos & hostes. Quangiam homines illi sunt formosi, quorum aspectu visg nunquam saturatur. scit postremo. Unde etiam constet Intellectualium pulchritudo. Etenim fortasse contingit aspici humanam formam incalpabilem, inenarrabilemq, atq hinc processit ab Agente in Subjectum. sicut Artificiale ab Artifice. Cumq ita sit, forma Artificialis quidem est bona, sed Naturalis est melior. Cujus Subjectum existit materia prima. atq illa quæ subsistit in virtute agentis: extat etiam melior. Siquidem huic forma prima non subest materia. Quod autem pulchritudo non proveniat ex subjecto: hinc patet quoniam ab iquin tanto major foret pulchritudo, quanto Subjectum est majus. Videmus autem quod forma parvi corporis quandoq, oblectat aspectum æque, & forsan etiam magis quam magni. Quapropter pulchritudinis non est natus Corpus, sed fulcimentum, Cujus argumentum, quod sine illo nequit videri. Cumq eodem subintrans cognoscit, subintrat autem non per visum, quod cum etiam solum consideret formam, ut jam probatum, Pulchritudo consistit in anima tantum: quam magnitudo paritaq, subjecti non prohibent percipi. perceptamq una comitantes cognoscunt. Rursus Agens aut est nobile, aut ignobile, aut medium, atq existens medium quidem non operatur alterum, Neutrum enim magis efficit, et si faciet pulchrum opus illig fiet pulchrum, quod si opus natura extet pulchrum. Intellectum ipse pulchriorem opicitet. Latet autem nos pulchritudo naturæ, quoniam interiora Corporum non intuemur, sed tantum exteriora aspicimq, pulchritudinem superficiariam mirantes, quare si nitamur specositatem intrinsecam penetrare extrinseca fiet ignobilis ac despicabilis. Etenim interna movent. Ipsum Intellectum natura honorabilem, sicut Effigies excitat Inspectorem ad Autoris absentis cognitionem. Ea propter cum interiora Corporum maveant Intellectum. Sequit profecto quod insit illis pulchritudo a natura atq Intellectu, plures etiam formæ incorporales sunt pulchræ quales mathematicæ figuræ lineares, Mulierumq imagines speculares, ac notiones animæ, quæ certe sunt evidenter pulchræ. Utpote Animæ indices, & similes. Amplig si hominem retum extri-

secq

secundum tantum circumspicias, non deprehendes ejus pulchritudinem & si putaveris eum deformem, errabis citra veritatem judicans, quod si eundem medullitus introspicias, merito dices formosum, nam speciositas vera subest intus. Plures quidem propter ignorantiam prædominantem, Intellectum submersum desiderant pulchritudinem extrinsecam, ideoq non assequantur illam interiorem. Et consequenti non etiam quærunt Sapientiam archanam: propter theorematum sublimitatem. Qualem nos scripsimus in hoc Libro Titulo Philosophiæ mysticæ: quod vulgus ista indignum existat, neq ingenio attingat. Quod si quispiam dicat pulchritudinem inveniri in corpore etiam dicimus quod illa est Naturæ, sed enim pulchritudo Animæ existit melior ut, a qua formositas Naturæ procedit.

CAPUT VI. Quomodo pulchritudo Animæ cognoscatur, & quod Deus agat per Essentiam.

Pulchritudo Animæ suæ in vero recto deprendet, si eis averses a qualitatibus materiarijs, seu ipsum etiam Intellectum profanis gratijs decoravit. Tunc enim lux prima infundit ei lumen suum, insignitq ejusdem Animam ac illustrat, in quo statu ipsa speciositatem suam agnoscens, a quo illa provenerit, dividit, neq alia indiget quæ id exprimat Scientia, siquidem non sit per Intellectum, Lux enim prima non inexistit illi: veram subsistit in Essentia sua: & id influens Animæ per Intellectum medium, circumscriptis omnibus attributis aliter siquidem omnia Agentia, reliqua operantur per attributa in existentia, non per Essentiam. Etenim agens primarium agit non per attributa, quæ non insunt ad id, neq in illo multiplicantur ullo modo, sed operatur per Essentiam. Ideo extat agens principale Efficiens pulchritudinis primariæ Intellectus, alq Animæ. Agens namq primum quod est unicum est omnino implantabile ac inalterabile non recipit quicquam ab alio, & omne aliud impossibile esse quod non recipiat ab illo. Agentia quoq omnia conjuncta alteri in specie operantur circa alterum. Sed agens primum agit sine subjecto, alq per solam virtutem Essentiæ suæ. Ideoq dicat Intellectu æternum, non temporarium, quoniam illi non inest inquisitio rationalis, neq Intellectus possibilis. Et nos quidem apponeremus exemplum hujus sensibile: sed id non foret conveniens

proposito, quandoquidem est ex rebus alterabilibus, ideoq dissimile rei eterne. Supponendum igit Exemplum Intellectuale. Ac ut unum frustum Auri indicatarum aliud, si sit immundum, prepurgat simplicitèr, vel ex conditione, ut sit aurum verum, non illud superficieteng apparens, sed interius descriptum cum attributis omnibus. Ita modo non minus faciendum nobis corantibus indicare Essentiam primam per Intellectus simulacrum, at non accipiamus ad id nisi Intellectum optima depuratum, quem si nitaris scire oportet quales in Spiritalibus: siquidem talia sunt pura, irenarrabiliterq decora, propterea etiam omnia existunt intellectiva, quibus quando contemplatus fueris eis persimilis, nec amplius concupisces intueri virum pistum quatenus est corpore pulcher. Sed Intellectu. Etenim Spiritalium pulchritudo est maxima. siquidem intelligunt incessanter, invariabiliterq, ac sinere. Ideo etiam noticerunt, non ut humanitus inventa, sed ut divinitus revelata, atq eadem superstant tam excelsa, ut nulla virtus speculari queat, nisi Intellectualis.

CAPUT VII. De Speciebus Entium Spiritalium.

Essentiis Spiritalibus etiam aliquot certe subsunt species, Quarum quedam sunt Celestes in ipsis Stellis precipue locate, quod earum Operationes in illis appareant. Alie sunt Celestes per Universos Orbes indispualiter locate, quia existunt incorporee, neq Stellis tantum sed sphaeris totis indifferenter president. Quod si quaeras, an sit aliquid in hoc mundo sensibili quod non existat in illo intelligibili? Dicimus quod sunt inibi Coeli: Terra Mare Bruta Planta Homines et denique elementa hic existentia, sed nihil ibidem existens est terrestre ac etiam spiritus illic morantes concordant hominibus conexistentibus, Neq enim unus expellit alterum, neq alter expellit ab altero nec sibi invicem adversantur sed omnes una socialiter conquiescunt. Siquidem Ardor eorum est unicus sicut antea, atq Essentia consimilis, hicquoq subsistentia contemplantur. Non generabilia: corruptibilia: & unusquisq contuetur essentiam suam in Essentia alterius. Quoniam spiritus ibidem existentes sunt pelucidi, nullatenusq intus obscuri, neq item contigui, neq dispositi, ac unusquisq eorum lux est perspicua alteri, neq quicquam unius latet alterum, Siquidem horum Speculatio non fit per Oculum Corporeum superficialium, alterabilemq recipiendo colores, sed per Intellectualem,

qui vi sectæ communit in sensum unum: vires sentiendi quinq; instrumentis discretas. Nec enim inter centrum circuli intellectualis & lineas ab eo progressas ad circumferentiam est distantia mensilis.

LIBER QUINTUS.

CAPUT I. Cur Deus constituerit varia Organa sentiendi.

Conditor primus demittens Animas in Mundum generabilium, apposuit eis Organa varia singulis potentijs ad sentiendum accommodata ut Animal sese tueretur ab offendiculis exterioribus, præsentiens aliquid noxium, declinando ab illo antequam lædat, conveniens autem prosequendo, atq; hæc Instrumenta sensibus apponens providenter sublimis Conditor, convenientiora hominibus quam brutis dedit, nec instrumenta prius. Rursus deinde Organis sensus annexuit sed utrumq; simul contulit in ipsa prima Animalis constitutione prædictam ob causam. Si diceret autem quispiam, quod Deus prævidens Animalia fore peregrantura loca calefacientia aut frigefacientia, aliterue alterantia, ne corpora illorum corrumperent, statim apposuit eis sensum & unicuiq; sensui idoneum Organum. Respondemus quod sensus adfuerunt animatus prius, posterius Organa, Animalibus vero Sensoria, et sensus tributi simul.

CAPUT II. Quod Deus non agit per deliberationem.

Si Deus concreavit sensus Animæ, quando eam primo creavit, videt sensus inesse illi priusquam descendat ad constitutionem Animalis. Quod si ita sit, Descensus Animæ foret Naturalis, & fundatio inchoatrix sensus fuisset in Mundo Intellectuali, Absolutrix autem generatio in Elementario. Quare si Anima fuisset producta non per se ipsam, sed ut versaret in habitaculo ignobili, despicabilig, atq; afflictionibus refecto. Ex consequenti etiam a primo Autore per consultationem, cogitationemve ita directa. Dicimus autem quod Deus non agit per consultationem, seu deliberationem cogitationemq: aliequin haberet aliquid prius, cumsit autem ipse Ens primum, non est aliquid ea prius, sicut postremo non adest posterius, cogitans enim ex aliquo priore semper cogitat. Præterea ex principijo cogitat conclusiones, principia sunt cognoscibilia per sensum, Intellectus autem nil cognovit sensibilium sensu, quia omnia ab Intelligibilibus, in eisdem sistit. Quare improbabile est eum descendere ad sensibilia per cogitationem vel consultationem. Tanto minus igit primus Conditer procul dubio non indiget cogitatione, neq consultatione

ad gubernandum Animalia, vel quicquam Mundi Inferioris et Superioris. Res autem per consultationem cogitationemq ita fiunt. Quod cum omnia fierint producta in Sapientia Entis primi, ab ratione propria, alterq incommunicabili speciei. Nec alius Sapiens qualiscunq cogitans rem eque similem & rectam faciet. Cogitatio admodum est ad ea quæ nondum existunt facienda dum aliquis cogitat, priusquam agat. Quia enim non potest eorum intueri illud antequam fiat. Ideo oportet ipsum Agentem prænoscere quale conveniat esse faciendum quod deinde ita factum, norunt dissimile præcognito. At cum aliquid efficit aliud. Agens per solam Essentiam, non oportet quod prænoscat quale debet esse faciendum, quoniam solum efficit tale, quale convenit fore quapropter non etiam indiget alio conagente, nec cogitatione ad producendum aliquid. Unde reversi ad propositum dicimus. Quod Animæ in mundo sue priusquam ad constitutionem Animalium descenderunt fuerunt sensitive, sed Sensu Intellectivo, constitutis autem Animalibus existentes, sunt etiam sensitive sed Sensu Corporali, mediæ inter Intellectum, & Corpora recipiunt enim ab Intellectu vim sensitivam quæ imittunt Corpori eandem nisi quod immissa Corpori inest modo alio, videlicet Sensuali. Nam Anima quandoq aversa a Sensu, conversaq ad Intellectum, Corporalia facit evadere Spiritalia præparans ea admissioni Intellectus ad cognoscendum. Quandoq autem vice versa Spiritalia facit esse Corporalia.

Caput III. Quale est Dei Opus.

Omne opus quod Auctor primo efficit, est perpetuum absolutumq: Siquidem ipse Auctor est agens perfectum, & nullum posterius eo est Agens nisi productum, quo ille est perfectione purior, Primus Factor, Perfectorq Conditor Universi in se consistens, & ad se ipsum reversq. Scito etiam omne Agens aliud a primo, est deterius ac minus perfectum, dependesq ab illo in Essentia, ille autem non pendet ab aliquo alio. Quamvero nullum Opus Agentis alicujus est secundi, quales sunt Intellectus, Anima, Simplicia, aliaq principia est defectum. Quanto magis ipsi convenit Agenti primo, ut non sit imperfectum opus ejus. Unde cogitandum quod sit perfectum & constans apud ipsum, nec sit ultimum, sed primarium cui subsistit aliud ultimum vocamq ultimum, quia sit temporarium, quod tale existit ex voluntate ipsius Agentis primi. Antea vero probatum est, Quod factum ab Agente primo emanat unico momento opus primum, unicum secundum Substantiam. Licare id non est temporarium, siquidem non extat in loco.

Caput IV. Quod omnia possessoria Intellectui producibilia sunt in eo: quanquam perfecta.

Omnia posteriora producibilia sunt in primate Intellectu, qui sit præditus esse existit opus proprium Agentis Principis, atq; ideo primarium, nec aliquid posterius est effectibile, quin fiat ab isto Intellectu. Quapropter etiam quodlibet producibile est in eo firmum, nec indiget puritate, perfectione q alia, sive sit temporarium, sive etiam intemporarium. Apudq illum constat semper tale primo, quale postremo. Porro omnia alia procedunt ab illo improducto. Qui est Auctor Causarum, cujus opus, sit præfinitum, proximum est producibile primum, videlicet Intellectus, qui servat exteras res in Essentia, Intellectu inferior est anima Universalis, quæ est forma absoluta, Omnium sequentium, quibus singulis tribuit qualitatem pro conditione meliorem. Deinde extat Natura quæ est Causa generationis consistentiaq Entis cujuslibet materiæ prima junctis inseparabiliter. Cujus partes comparatæ sunt invicem Causæ. In ipso autem Intellectu producto a Conditore primo unitæ omnes ac indiscretæ ab eo in extensaq, nondum sunt invicem Causæ, & causata quidem sunt evidentia, Causæ autem interiores occultæ, atq istarum agens adhuc occultius, ac sit Causatum, habet Causam definitam, sic quoq Causa habet causatum definitum.

Caput V. Quod Deus non agit per aliud quanquam in Spiritalibus quid & propter quid non differunt.

Agens primum non agit propter aliud, quoniam non est aliud nobilius, propter quod possit agere. Unde est agens verum. Atq Entia producta ab eo alio ab Intellectu. Sunt prosigillata in producto primo quod est forma prima, verbi gratia in Intellectu anima. Oportet autem cognoscere eum, sicut ipse seipsum cognoscit, quod nos non facimus, siquidem nos Intelligens, & Essentia Intellecta, sunt in eo sunt res una. Quare nos cognitantes cognoscimus melius per ipsum Intellectum Essentias differentes ab eo quam illum. Porro cum aliquid aliud ab Intellectu & Intellectibili, cognoscit per Intellectum cognoscit per quid sit, ultra quid sit. Etenim talia duo differunt in rebus naturalibus materialibus. quia hæ sunt Simulacra Intellectus & Intellectibilium. Verbi gratia homo Sensibilis est simulacrum hominis Intellectibilis. Homo namq Intellectibilis est Spiritalis, nullaq ejus membra sunt disjuncta. Siquidem oculi situs, non est extra situm manus. Similiter nec reliqua membra distant, sed omnia sunt simul. Quare

quid sit oculus, non est aliud quam propter quid sit. Saluum enim differentia accidit solis rebus partilibus, partium, differentium, Praterea quando etiam in sensibilibus eadem Scientia comprendit, quid sit aliquid & propter quid sit, ut Exempli gratia, Quid est Eclypsis Solis & propter quid est definitione una, qualis estat obscuratio ob Lunam interpositam. Quod si in re Mundi Inferioris quid sit, & propter quid sit apparent una. Quanto magis in Entibus Intelligibilis? quare qui definitionem sumpsit propter quid vere quid, vere definivit. Siquidem omnis forma Intellectibilis et ipsum propter quid est sunt idem nec ideo dico quod talis forma sit Causa Essentiæ sed. Sed quod inquisitione de prima, quid illa, abstracta propria ratione sit, etiam simul comprendit propter quid sit. Licare cum ratio quid est, et ratio propter quid est existant indifferentes, non oportet quærere eas singillatim, Argumentum autem quod partes rei non differant, ea quando unum rectum utriusq; ipsa suscipit, ac de istis non licet quærere per quid insint rei. Cum do enim vere distant huiusmodi partes, tunc etiam quæri potest, propter quid sint, nec rei Nomine simpliciter alterius appellatæ. Differt siquidem ab ictu at Homo non vocatur oculus, nec manus. Res autem Intellectibilis nominem cuiuslibet rationis sua appellari potest. Ideo sui sæpius dictum, ratio quid & ratio propter quid in illa, sunt eadem, quod Ente Corporali, quatenus est Corporale minime convenit.

CAPUT VI. Quid quando sit, et propter quid sit in Intellectu, sunt idem.

Intellectus fuit productus primus, Creatione perfecta momentanea. Quando ejus Essentia incepit fieri et simul facta est subito in actu, sine potentia influente. Ideo scito quid sit Intellectus, convenitur etiam propter quid sit. Plenim cum Deus creando non cogitet inchoatam rem simul, illico perfecta Essentiæ sui prædictum, sine intermixta potentia. Unde nec de Ente huiusmodi ab eo producto, quæritur propter quid est secorsum a quæstione quid sit. Hoc enim rei solum convenit imperfecta. Quod si Objiciatur Contingit cognoscere propter quid est Intellectus. Respondemus quod id duplicater potest intelligi, uno modo ratione Agentis, Alio autem, ratione Naturæ. Quia cum rationes Intellectus nequaquam differant ut prælatum, ipse suscipit rationes utriusq;: nec oportet quærere propter quid insint, ac noto quid ipse sit, simul et cognitum est propter quid sit, ac viceversa. Autor enim vero produxit Intellectum perfectum, actu sine potentia mixta, cum sit ipse perfectus, indefectibilis ac purissimus, & produxit per Essentiam tanquam opus proprium per verbum, ut Operationem, ac tale Ens, ut propter quid est in eo, sit idem quid & quid est. Agens enim vere perfectum tale est, et quale dixerunt. Divini juxta mentem. Non potentia explicabimus. Agens vero imperfectum est, quod agit non per Essentiam, Agens autem simpliciter perfectum est, quod agit

per solam Essentiam, non per qualitatem. Agens vero imperfectum est, quod agit non per Essentiam, sed per qualitatem. Eapropter non ait actione pura et perfecta. Siquidem non inchoat, et simul perficit opus, quod cum tale est, non si notum est, quid sit simul, notum est propter quid sit. Sed oportet noto primo, adhuc versum discere secundum. ut praedictum: Agens igitur primum non est Agens imperfectum, cum sit Ens perfectum supra omne aliud. Ideo ex consequenti opus ejus est etiam perfectum. Cujus rationem qui attingit exaltatur. Perfecti autem Agentis omne opus est perfectum, quia ejus actio est perfecta, quod est idem quod opus secundum rectam. Porro omne Agens infra primum indiget Agente primo, sicq etiam Operatio ejus, indiget Operatione Agentis primi. Ideo etiam omne Agens infra primum est imperfectum, & qualibet Operatio infra Operationem primi Agentis est imperfecta, atq ita omne perfectibile per Operationem primi Agentis perficit. Amplius sicut ipse Mundus Universus compositus ex rebus contrariis, est tanquam Ens unum firmum, quod non alteratur. Sed est perfectum, quia ei nulla deest perfectio atq ideo noto quid sit, simul quoq cognito est propter quid sit. Siquidem partes ejus sunt eedem toti, sibiq invicem, nec sunt ut partes multae, sed omnes ut una. Cum non sint subordinatae. Quod si universum est tale, tanto magis pars ejus, Mundus Superior ita se habet, quod omnes ejus rationes sunt eedem inter se et cum ipso apud animam. Non est enim prius inchoatq quam perfectus, sed simul. Quare noto quid est simul, cognoscit propter quid est, ex consequenti, non licet de eo quaerere propter quid sit, ultra quaesitum quid sit. Postremo cum productio Intellectus sit proculdubii perfecta, nemo dixerit, quod ipse sit imperfectus dispositionibus. Quare non etiam continetur ab eis, neq ex consequenti agendo per illas agit. Rursus quoq rationes Intellectus sunt illi aptissimae, neq insuper tempore subordinatae. Siquidem Intellectui simul concreatae, quare /quod sapis repilatum/ ubi notuit quod Intellectus sit, pariter etiam notuit propter quid sit, sed quid sit illi magis convenit, quoniam rationem Actus ostendit.

LIBER SEXTUS.

CAPUT I. Quomodo Stellae operantur in inferiora, quanquam non agunt malum.

Nequaquam oportet scribere dispositiones rerum: etiam contingentes particularibus, quando propositum sit versari circa illas. Cum non quidem scribentes hujusmodi dispositiones rerum, qua ratione videlicet, quaedam fiant ab eis. Tractabimus per causas corporales, non Animales, neq voluntarias. Stellae igitq sunt tanquam mediae inter artem & artificem, neq similes Agenti primo

neq materie ultime consurgenti ad perfectionem, sed nec agentibq mutua. Verum sunt similes Bannis Terrarum Civilibq, quæ ordinant Stellq Urbium, singula differentia quorum quædam dirigunt ad mores probos, oblatis premijs, quædam avocant a malis pœnarum minis. Stellæ etiam sunt assimiles moribq Civium diversisq oportune in actionibq civilibq politicis, quamuis sint varij, tamen omnes ducunt ad unam consultationem, videlicet bonum. Quod si dicant aliqui Bannæ terrarum esse signa. Respondemus quod si mens eorum sit, quod signum est via ad opus, dictum est verum, Siquidem probamq quandoq primum ex posteriore ut causatum ex causa, & simplex ex composito, quandoq autem discimq accidentia a principio, & compositum ex simplici. Undè etiam hinc fere jam probatum est quod dicendum erat, utrum videlicet Stellæ sint causæ malorum provenientium hic deorsum? Asserimus etiam quod non, quia non operantur per voluntatem. Cum sint supra voluntatem, omne autem Agens bonum & malum, agit per voluntatem & omne Agens supra voluntatem solum agit bonum. Dispositiones autem Mundi inferioris proveniunt necessario a Superiori, non necessitate qua intima & bruta, sed qua spiritalia perpetuaq, sicut verbi gratia. Pars una Animalis sentit, sentiente altera, utq partes quidem Animalis reducunt ad dispositionem unam. Sic dispositiones quoq contingentes ex Mundo Superiore, in eo sunt unum variant autem hic, quapropter omne quod provenit a Corporibq Celestibus est bonum tantum, fit autem malum commixtum hic inferioribq. Siquidem proveniens a Mundo Superiori, procedit ex vita, non particulari sed Universali, ac forte se etiam aliqua impressio naturæ terrestris facta a Superiori, agit aliquid, quia non est tam efficax, quam Signum illud a quo provenit.

CAPUT II. Quod opus fascinationis est duplex, & quomodo fiat fascinatio.

Opus fascinationis est bifarium, quoddam enim fit ex rerum convenientia ac proportione unius ad alterum, Quoddam autem viceversa: ex differentia virtutumq multitudine, quæ licet sint diversæ, perficiunt tamen partem unam, & fascinatio quidem Artificiaria est fallax, frustatur enim sæpe: neq consequitur eventum, vera autem & quæ non fallit est fascinatio Sapientis. Imaginando imitans Cælum, quiq proviribus agit. Quædam amore unius rei ad aliam ducendo, quædam autem deorsum trahendo. cui administrant virtutes ingenitæ rerum terrestrium quarum quædam auget amorem, ac sequelam unius ad alteram, quædam passionem & receptionem unius ab altera. Res enim sese subsequentes sunt fundamentum fascinationis, quæ cognitæ vehementer servandæ ad vim Amoris efficacis exercendam, fascinatio porro quæ fit verbis

suavibus, & locutione quadam ingenios a Callida, non est opus loquentis ipsig. sed loquutionis excogitata quæ trahit unum ad aliud vi amoris naturalis. Siquidem invenit aliquid quod conciliat Animas locis differentes, per quandam convenientiam inter illas mutuam, quædam preterea sunt quibus inest vis amoris, ita quod sentiens etiam invitus quandoq sequit, ut prudens Musicus, aliquando sponte sequit consonantiam Artis, aliquando autem gestu quidem Corporis sequit, siquidem secundum illam eum format, non tamen ratione amat, sed sensu, Atq hæc est Species fascinationis, quam non admirat vulgus, nec detestat ob consuetudinem, admirat autem alias fascinationes Physicas: quoniam non oblectat illi, atq ideo errat. Ac sicut Musica lætificat alliciq audientem citra passionem rationis cum affectione sensus: Sic autem fascinator trahit aliquem invitum. Siquidem non cognoscentem Intellectu vel sensu, sed tantum percipientem per illam impressionem, quendam impetum aliim quam naturalem, atq id provenit rerum Mundanarum cooperatione alteratrice hominis, ultra dispositionem pristinam, unde si qua comprendit impressio: facta comprendit Spiritui animali, Etenim ratio non suscipit illam impressionem. Siquidem non sequitur, quod si ratio quoq adminiculet audienti, & ipse declinet ad eam, non etiam permittet ratio, Spiritum Animalem pati a Musico, neq a Fascinatore, neq ab alia qualitate Corporali inferiori. Et quidem ubi aliquis fascinando invocat Solem, aliasve Stellas, orans ut emanet operi optato, non Sol aut alia Stellæ audiunt orationem. Sed movent aliquo modo sicut in Corpore humano membrum unum movet percipiendo motum alterius, utq in Cithara /mota una corda/ movet altera. Sic enim adhuc quædam movet aliquas partes Mundi, & propter eas alia moventur percipiendo motum illarum. Siquidem partes Mundi sunt subordinatæ secundum seriem mutuam, & qua ratione partes Animalis habent consensum motuum accidentium propter magnam unionem. Eadem partes Mundi simili de causa.

CAPUT III. Quod Naturæ habent vim fascinandi a Cœlis, quanquam Vir justus non fascinatur.

Res inferiores sortitæ vires fascinandi mirandas, acceperunt eas a Cœlis, operanturq per illos. Ideo quoq homines fascinando utuntq invocatione astuta, ut ex se videant id facere. Cum tamen non ita sit, Sed per motus influxusq Cœlorum fascinant. Siquidem prætermissa etiam hujusmodi invocatione, ipsæ Naturæ adhuc suo tempore idoneo fascinarent, Partes autem Mundi unitæ naturaliter sese invicem trahunt.

quare fut predictum? fascinator invocans, per vires naturæ aptas operatæ, neq mirum quod is homo imprecando exaudiatur. quoniam non est alienq a Deo, præipue justus, qui si dicat quandoq iniquus fascinat invocando. Respondemq quod iniquus habuit virtutem hujusmodi ab eodem fonte a quo justus. Siquidem Natura tribuit hominibq æque, non discernens unum ab altero, virtq autem alia superior nobilior existit, quæ discernit. Quod si dicat Mundq Universq secundum partem unam patitq, et agit secundum alteram, quæ est Celestis, impatibilisq: operatq in inferiora naturaliter non accidenter. Siquidem omne Agens impatibile, agit naturaliter inaccidenterq & si aliter contingat est præter intentionem potentiæ. Dicimq quod patio Universi Superior, quæ est primaria Nobilisq videlicet Celestis, agit ex se et adhuc secundum unam partem patitq ab altera nobiliore, non quidem patitq ut inferiora. Nec enim recipit impressionem Corporibq neq animabus suis factam, sed agit in inferiora Corpora, Animasq sine ulla imperfectione. Siquidem permanent ipsi firma invariabiliq. Si vero quærat rursum: nunquid fascinatio agat in Virum rectum, ac purum Etenim si habet efficaciam in res alias: tanto magis videtq quod et in illum. Dicimq quod vir hujusmodi justus non recipit impressionem fascinationis: secundum Animam rationalem, & si qua parte sui patitur, secundum Animalem Submundanamq patitq, absq tamen quod fascinator efficiat opus intentum, nec enim id fit propter quod Anima rationalis admittat. Quoniam fascinationis Opera, quædam Spiritui Animali imprimuntur, nisi Anima rationalis illum præparet quidam autem non imprimuntq nisi Anima rationalis eum præparet, ita ut Fascinator nitatq agere, in Spiritum Animalem Rationalis autem Anima repellit actionem Mortis, vel Morbi vel alterius impressionis Corporalis, & quidem Anima rationalis agit in sensualem quoniam pars una Mundi agit in alteram, si nacta sit fidem in Autore primo, et sic tunc homo evadit a fascinatione. Etenim si Anima Sensualis distans recipit impressionem Sermonis fascinatorii approximatq tractæ, ac conjungit per auditum fascinanti: quodammodoq respondet, quanto magis eadem Anima Sensualis, in hoc Mundo inferiori, proxima rationali, prasto illi respondet ac obtemperat.

Capitulum IV. Quis pronus sit ad fascinandum?

Vir pronus ad aliquam dispositionem exteriorem, facile suscipit impressionem fascinationis, secundum illam namq ipsam ad se trahit, nec quicquam repellit, Virum autem impræclivem ad exteriora, tantumq ad Essentiam suam reclivem, quam semper contemplatur

tur ac diligit, fascinator non permutat. Quilibet autem Operationibus extrinsecis deditus, facile recipit impressionem accidentariam Fascinationis, siquidem ob iter accedit ad eam, excitatq. sui oblectamentum, ut mulierem pulcram conspicatam. Vir intellectualis amat optatq. sine Fascinatione Artificiata. Siquidem Natura ipsa Fascinatoria, inclinat Virum ad formam mulieris conjungiq. amborum non loco, sed affectu medio. Quidam namq. decinerunt, quod homo pulcher licet unicus, tamen existit plures, quorum mens est, quod hunc conspiciens diligit, individuos ob speciositatem: quare hic amatq. & ille Amans sunt plures. Viro autem rerum Contemplanti alienisq. ab Operationibus, non contingit Fascinatio, quia non conjungit rei Fascinatorii per Sensum. Enimvero quod homo conspiciens & conspectus sint idem, est Termo verus & inobliquus.

Caput V. Quod aliquid moveat Hominem ad aliud quodq. deditum nimium Naturalibus Fascinatq. a Natura.

Quod verum quodam movet alienum ad aliquid. Patet, etenim Filiis movent Patres ad labores servandis alendisq. illos gratia. Quibus detinentur ipsi Fatigantes nec abstinent, nisi assecuti votum. Similiter quod appetitus innatus dominandi, excitat ad iram, ejusq. Actiones, aliasq. etiam mastificas & irrationales, adispicendi illud causa. Indigentia adhuc naturae, ut timor paupertatis, quam Homines vitant ne aliquid mali contingat, sunt unum incitamentum ad optandas divitiarum Copiam. Concupiscentia autem oculorum est alterum. Et enim appetitus opus provenit inprimis ex indigentia naturae quam impossibile est sine omni re externa servare atq. alere. Et si dicatq. quod Vir bene agens non fascinatur sic igit etiam bene consulens? Dicimus quod si Vir Contemplativus ac probe agens non transferatur ad alia, minime patitur quidquam fascinationis, siquidem se talem servat, ut Bonum verum adipiscatq. & ad solum id laborat non declivis ad terrestrica, sed intentus ad Intellectibilem Mundum: ejusq. vitam perpetuam, desiderando procurandoq. illam. Postremo etiam asserimus: quod Vir agens Opus malum ignorans tale esse, si putet esse bonum perseverans, et pertractus ad illud a natura fascinatus est, ob pulchritudinis apparentiam. Siquidem conspiciens terrestria esse pulchra, credidit etiam existere vere bona, exquisivitq. vehementer. Qua propter affectans non Bonum, ut bonum secundum appetitum Sensualem, est fascinatus, tractq. ad

rem involuntariam. Amor siquidem fascinati est fatuus. Qui vero non trahit ad terrestria, neq illa prosequit ut pulchra & bona, non incidit in fascinationem. Siquidem contemplat bonum perfectius exquirit atq obtinet, ac se ipsum speculat; ideoq ob hanc sublimitatem, elevationemq ab inferiorib⁹ fascinationem a se repellit. Probatum est igit⁹ quem nam habemus, quamlibet partem mundi pati a toto secundum naturam aptitudinemq suam videtur; pariq una corporis Animati patitur ab altera. Quoniam unaquaq est apta moveri ab alia, & quodlibet est propria.

LIBER SEPTIMUS.

CAPUT I. Cur Anima descenderit in Mundum inferiorem.

Anima nobilis liquit Mundum superiorem, ut posteriora formet & regat. Quo facilius munere: ac reversa hoc emolumentum fecit. Quod hic naturam boni ac mali didicit vere per experimentum, quam alio quovis non perfecte sciret, non ut Spiritalia, quae cognoscunt vitia quibus hi involvunt homines, voluptatesq: non juxta eorum naturas proprias, sed rationes imo veras, ad suam dignitatem potentiorem ad id descendit. Namq si cognoscerent ut Animae, humanae, vitarentq etiam & ipsae corporum communione, tentarentq evelli. Animae siquidem rationales hic materiae pinctae, ideoq sordidatae ac coinquinatae, discernunt talia propter hujusmodi colligationem, quarum aliqua jam dissoluta fecerit: si sit Mundi cultura, instituendo statum entium Nobilium, Spiritaliumq ac principaliu⁹. Et reddit perfecta ad discernendum utriusq Mundi conditionem. Cum Anima quamvis hic deorsum sit pelago materiae submersa, et praeditaq omnio sensus, ac sub termino naturae coacta; illustratio tamen ab Intellectu non cessat. imo jugiter illi influit. Quemcaim est substantialis ei, ac nunquam ullatenus divellit ab illa. Sic igit⁹ descendit sua Anima contulit ad discernendum perfecte experimento bonum ac malum. Omniaq Mundi hujus ac Naturae suae: dum modo subsistant hic virtutes integrae, operationesq bonae quae sicuti sibi in Mundo Intellectuali. Etenim si has non absolveret, pariterq essent nullae videretur Anima adhuc continere illas, priusq a se ipsa abscessas. Quod si fieret, perinde foret ac si nunquam fuissent. Cui consequenti etiam inexplicabili Anima virtutibus Mundus Intellectualis qui est altior, remanet ignotus. Cum namq productum aliquod speciosum, illustret, appetibileq sub obtutum ceciderit. Homo

circumspi-

circumspicit admirabundo insignia evidentia, Inspectaq etiam interiora, & subinde veneratr ejus Autorem, agnoscens quod ejus opus est Sublime absolutum, & pulchrum: quanquam ipsemet est summum Bonum cujus virtus est interminata. Post Autorem, Autorisq opus primum. Reliqua quoq opera honorata, perfectaq abinde apparent. Siquidem cum Autor qui unicus extat, ea produxerit, illorum insignia, quoniam sunt minime obscura, haud latent.

CAPUT II. Si Deus non produxisset nihil aliud existeret, & cur plura Entia sunt producta.

Nulla Si Ens unum primum subtilisset in Essentia sua, continuisseq, Potentiam, Operationem, ac illustrationem, non existeret quicquam perpetuum, neq alterabile & corruptibile. Jam autem horum Entium nec unum existeret: Opus Autoris unius primi, non foret principium lumenq ac bonum verum. Quod nequaquam contigit. Siquidem cum Ens unum primum, est causa vera, etiam opus illius est principium verum. Et si sit sua vera influens, recipiens quoq illam est lumen verum, Item illud est Bonitas vera irrigans, irrigatum est etiam bonum verum. Quare non convenit quod Deus existat solus, neq producat aliud Ens Nobile receptaculum sui lucis, Intellectum videlicet. Sic etiam non decet quod praeter Deum: solus Intellectus extet, & non subsit opus recipiens ejus luminis splendorem. Ideo formavit Animam. Adhuc non licet quod sola Anima infra Intellectum sit in Mundo superiori, neq inveniat alterum excipiens Operationes ejus, Hac de causa Anima descendit, ad ordiendendum potentias, actionesq Nobiles vitae. Unde absoluta est: Siquidem Natura sub opus ejus est. Rursusq ipsa figurat aliud inferius, patibile, receptivum impressionum illius superioris attrahentis. Quoniam omne superiq agit minus in inferiusq ad se tractum.

CAPUT III. Quod nulla Substantia Intellectiva naturalisve extet, quae non operet. Qualisq Ordo rerum.

Nulla Substantiarum, Intellectivarum et naturalium existit quin operet, praeter Substantiam infimam et debilissimam, cujus actione aliquam apparere est impossibile. Argumentum autem quod impossibile sit Substantias naturales existere inactivas, est quod semina sata sub terra nisi alicui circumstante comprimant, quoniam sunt spiritalia, & secundum aliquid incorporalia, necessario operantur ad pullulationem similem specie adhuc propagationem, aliq id, quoniam eis insunt rationes Intellectuales conjunctae, alioquin non forent

visibiles, sunt autem cum operatæ fuerunt. Virtq; admiranda ostendunt. Quapropter si rationes seminales non possunt non esse activæ, tanto magis Substantiæ Intellectuales perfectæ, nequeunt non res & actiones continere, nisi habeant subjectam Materiam, impotentem recipere earum operationes aut tantum debiliter, unde neq; valet subinde in alterum operari, Intellectus igit̃ immittit vim suam Animæ, Anima autem certe Universo huic Mundo, per influxum virtutis Superiorum: nobiliumq. Nec enim aliqua Substantia Corporea mobilis consistit, neq; vivit ex se, sed qualibet pro conditione accipit virtutem, bonitatemq; ab ipsa Anima. Etenim Auctor primus produxit Operationem propriam absolutam proximam Intellectui, qua dein ipsum Intellectum creavit. Postea autem cum Intellectu causa intermedia produxit Animam, cujus subinde virtq; influit huic Mundo. Et prima figura quam imprimunt, fuit Materia prima, siquidem est principium ex quo componunt Substantiæ Corporeæ, sed et sensibiles, quarum ut Sensibilium quatenq; est principium, mutuatq; bonum formæ ex Anima primi. Etenim qualibet Substantia sensibilis, continet bonum formæ pro capacitate ad recipiendum aliud. Atq; Anima ipsa quatenus Materia suscipit formam ab ea: producit Naturam, quæ continet potentiam propagandi, virtute hujus Animæ: causarumq; potentium. Deinde Series formarum Intellectualium causantium, constitit ad Naturam, in qua sedent principia progenerationis. Quæ cum agant formenq; Substantias, non existunt absq; tali actione naturæ. Quoniam Causa prima fecit ejusmodi Essentias Intellectuales, effectrices formarum accidentalium, generabilium, corruptibilium

CAPUT IV. Quod Mundus Sensibilis est Imago Intellectualis.

Mundus Sensibilis est Imago intellectualis, Substantiarumq; Intellectualium inexistentium. Exprimunt per eum potestatem magnobilem ab perfecta, superna, quæ imittunt influentiam illi proportionabilem. Substantiæ quoq; Intellectuales continent Sensibiles. Deus primus continet Intellectuales simul cum Intellecta ipso. Ille non solum est ex numero Substantiarum Intellectualium, sed numerat ipsas & Sensibiles. Substantiæ autem Intellectuales, sunt res absconditæ, quoniam sunt productæ ab Essentia prima, causa causarum, quæ produxit illarum primam, sine intermedia, Substantiæ autem Sensibiles existunt Entia alterabilia, siquidem sunt figuræ et Simulacra Substantiarum occultarum. prodeuntq; ad existentiam per generationem, confirmant autem in Consistentia, perseverantq; per

substantias Intellectuales firmas ac perpetuas.

CAPUT V. Quod Anima est media inter duos Mundos, quanquam agit interius.

Essentiæ speciei existunt duæ, Sensibilis videlicet ac Intellectualis; & Anima quidem in Mundo Superiori Intellectuali extat nobilior atq; perfectior, In inferiori autem ignobilior, deteriorq; propter Corpus, cui inest cumq; sit Intellectualis, ex Mundoq; Superiori, Impossibile etiam est quod careat Essentia Mundi Sensibilis, in existentiumq; illi. Quoniam Natura animæ convenit ac propinqua est Mundo utriq; Intellectibili S. ac Sensibili, ob id quod minime decet quod conqueratur, detestata se liquisse Mundum Intellectualem, & devenisse ad istum. Sita namq; inter ambos, quamvis sit ex Numero Substantiarum divinarum, attamen cum sit finis illarum, est principium naturarum Sensibilium. Porro Anima contracta ad Mundum naturalem Sensibilemq; nihilominus continet suarum virtutum influxum in illum, sed adhuc diffundat vires proprias, cumq; insignit doribq; innumeris: auferq; sepius tendes, & vitæ ne commisceantur; sollicite repulsat. Propterea Mundo Sensibili Anima influens non tantum exterq; illum insignit: Sed interius quoq; dum inservit virtutes rationum introoperantium, quod explorando inventæ narrandoq; stupefaciunt. Quod Anima autem insignit magis interiora Corporum, quam exteriora. Argumentum adest quod natura illi inexistit non circumstat: cujus indicium quod Corpora naturalia viva interna agunt, non externa ac superficiaria. Sic enim videmq; Animalia, ac Plantas, quanquam extrinsecus minime pulchras, tamen intrinsecq; non prohibitas, educere ex se ipsis fructus illustres ac bonos. Ratione atq; Operatione admiranda. Si Anima item non inexisteret Corporibus naturalibq; neq; interesset rationes suas minas, pluriformes introoperans, Corpus Corruptibile citiq; consumptionem admitteret neq; tamdiu fut nunc perduraret. Anima namq; conspicata sinceritatem, dignitatemq; Corporis alicujus: ipsi indidit Naturam quandam influxu suarum virium, impressitq; rationes mirandorum Operum Activas atq; intimum Corporis movetur.

CAPUT VI. Quod Anima Supernos in Orbe melius se habet quanquam influit deorsum.

Anima inexistens Corpori naturat recessum, ac ejus permutationem. Dein reversa ad Mundum Intellectualem Supernum, cum sit versata in duplici Mundo, ac gemino pericle suæ gradu didicerit spor experimentum Cognitionemq; hunc sicut Vir prudens tenuis notitia allectus eligit aliquid experiturq; roborans cognitionem, illic autem noverit

ordines superiores honorandos, Scientia vero constituit Mundum illum existere isto excellentiorem, Sicut autem Intellectus descendens sistit influxum in Animam, quoniam hic existit portio una Mundi Intellectualis, /quod sepius dictum/ & presignavit in ea rerum similacra, quae subter illam impressit, Anima ita ascendens in reditu. Consistit in Causa prima, cujus impressio est Intellectus, siquidem non ita etiam per Experimentum exploratione mg, quod Existentia dependens in ea est dignior, nobilior, quam in lumine virtutes et aliis potestatibus ab illa met progressis. Praterea ut Ipse Intellectus non subsistet in Essentia sua, sed indiget robore, lumineq; immisso ad consistentiam promotionemq; quae cum non moveat, Sursum Superioribus influxus /siquidem illa Entia sunt Autor primus, operisq; ejus primarius/ cujus Intellectus est lumen coactum seu compressum, sub causa impressa, movet in quam Intellectus deorsum, influitq; suo lumine subteriorib; usq ad Animam. Sic etiam ipsa anima. /quoniam pasa est lumine & dignitatibus incontinendis/ profluit non sursum. /siquidem Intellectus influens jugiter non indiget ejus refluxu/ sed retrorsum deflexa velutq; pudore contecta, Deorsum emittit subjectis rebus, dotes suas. Impletq; orbem terrenum lumine, Bono atq; nore. Entium autem productorum ab ea optimum: perfectissimumq; edistit Mundus Planetarius. Siquidem est propinquior Causae prima. Et quoniam Anima sus cepit formam ab Intellectu. Deinprolata ab Essentia sua motione, etiam fecit plures motq; Planetarios voluntarios, ac naturales & equales, qui sunt operationes sensiles. Quales sunt multi Ordines formae Intellectualis primariae: producta Causa principalissima. Rursus cum Mundus uterq; Spiritalis. Movetq; secundum Substantiam: naturalis autem desiderio illum: Anima quoq; movet in Mundo Intellectuali assimilatcumq; ad primum imitandum ascendere nequeat ob imbecillitas retrorsum detorta /ut predictum/ ac ut verecundia compressa. Novavit Composita ex Elementis in Orbe naturali a cujus variis virtutibus expansis, singula receperunt Corporeitatem portionem naturae Idoneam rationibq; mineraryis, similibusq; aliis admixtis a Sole superoriente secundum capacitatem potentiarum.

CAPUT VII. Qualis differentia Corporum & terminus uniuscuiusq; Entis.

Corporum igit illud est differentius a Causa prima, quod est ineptius recipiendum Animae influxum, illud autem est similius, quod aptius eundem. Corporum quoq; in motu tarditas major, minorve existet propter differentiam eorum majorem, minoremve a primo um-

si causæ non forent /secundum gradus/ subordinatæ, non etiam foret Corpus visibile desiturum secundum Substantiam in corruptionem. Animo vero cum lineæ a centro circuli Entium varient, motui etiam celeritate addititia, tarditateq diminutoria variatur. Siquidem quanto inferior, tanto existit tarditate debilior diminutionq: ac viceversa quanto superior, tanto velocior, donec perventum est ad hunc Mundum supernum. Omnia quoq composita Naturalia variant, magis minusq resolutione, consumptioneq. Mundus porro Naturalis terminat ad ea /quæ actu conspiciuntur/ Corpora Cœlestia ac Stellaria, quæ patiunt a causa prima sine tempore. Intellectualis autem finit ad formam primam, Causamq introfiguratam, Adhuc Anima pariter definitur sursum ad Intellectum: deorsum vero ad Naturam materiamq primam. quæ omnia patiunt sine tempore. quæ vero apparent Actu, & potentia sunt /exempli gratia/ Inanimantia, plantæq ac Animalia, ideoq nisi per impossibilia. Perpetuum vero & immobile est ut Intellectus, Semper Natura contermina. Universalia autem secundum Substantiam quieti, siquidem causa dispositionis unius invariatæq etiam permanet ipsa. Tempus est juxta motui Natura perpetua immobilitati impropriè dumtaxat, movet autem ad Autorem primum in Orbe Spirituali, Intellectu & anima, siquidem imbi nequaquam existunt termini subjecti, ut lineæ figuræve, nec aliqui alii motus evolutorio nutu causæ primæ, quæ existit Productum primum, nec est imaginabile ante ipsum esse aliquid, nisi Autorem primum. Cujus id est voluntas. Siquidem imitatio voluntatis extrinsecæ est alteratio, talis autem mutatio non attingit Causam primam.

CAPUT VIII. Quod Anima existens in Orbe supremo adhuc operat in infimo, compingitq utrumq.

Anima quælibet cum operando implent hunc Orbem sensibilem suis dignitatibus, coacta revertit ad Intellectualem: quem complectit tenacitate predicta cognitione indubitabili: Siquidem mundo ille nobilior est isto servandq ejus Intellectualis Contemplationem, negligit omnino istum repetere, quale evidens est illi, qui a Fascinatione Naturæ emersus, propere redit ad Intellectum, speculatus rerum principia. Anima autem regressa, ideo despicit inferiora, quoniam hæc sunt consumptibilia, tanquam simulacra ejus, quæ non perseverant, nisi illa subinde causa fingente. Anima adhuc in illo Orbe proprio extans, complacita dignitatem: sumit ab eodem virtutem & attrahit, huicq infundit, compingens eum tali illuminatione superiori. atq ita efficit mundus

unitus. Hanc vero opinionem ratione brevi probamus, quoniam anima non omnino descendit in hunc Mundum inferiorem. Nec enim universalis neq humana, siquidem in Intellectivo secundum aliquid separet. Minime translata ab eo, quando non est loci indiga conjungitur huic per curam, descendit propter operum extensionem: siquidem impossibile est: quod Mundus dividat, nisi ipsa secundum substantiam corruptione permutet. Atq ita contingit quod in dependens ibi existat, non penitus istinc egressa, operans istic.

CAPUT IX. Quod Anima submersa non speculatur superiora, vice versa emersa spernit inferiora.

Mundus sensibilis dominat nobis. Siquidem anime nostre submergunt in eo, malis concupiscentijs plene. Unde harmoniam Intellectualis orbis annuntiatam negligimus, neq influxu ejus obsequimur proventum. Anima illustrationem q ab eodem ignorantes, propter domina Naturæ penitus ac fascinationem sub hujusmodi suo statu impartibiles animas. quæ ob id infirmant ad reditum in Essentiam suam. Roborate autem tunc erunt ad eam, Mundum q Intellectualem mirantes q Animæ perq Animam influxum ab eo perspiciendum. Cum vero perverimus istum alieni a desiderijs ejusdem sensitivis, operationibusq naturalibus, quibus a pueritia assuevimus: non curantes negotia particularium animarum priusquam istic perveniant ad universalium, cujus aliquid perspicere non posumus, donec sub potente Animæ concupiscibilis, imaginativaq formas illæ extiterint. Vice autem versa, quando Animam Universalem speculari cupimus spernimus particulares, quanquam dii nobis familiariter inexistentes.

CAPUT X. Quod Anima Universalis regit sine labore particularis autem ad labore ante elevationem.

Corpus preterea Universale est causa conjungens vere inferiori istudq sibi. Atq Anima Universalis regit Corpus Universale viribq propriis citra laborem, siquidem regit illud non ea cogitatione quam Animæ nostræ humanæ corpora, verum gubernat administratione Intellectuali Universali. Siquidem Corpus illud existit invariatum ac similare totum, carens complexionibq partium diversis, membrisq differentibq. Quæ cum sint, indigent administratione variabili. Partes vero similes sunt tanquam pars unica. Anima vero particularis, quæ alicui Corpori particulariter inexistit, quanquam nobili, tamen administratione laboriosa regit illud. Siquidem non sine cogitatione, qua indiget, quoniam pelago Naturæ mergit, commiscetur igni sensibilia incurrenti, et de subit dolor, ob aliquid præter naturale, superans ingressum

hujusmodi statu. nec quidem contingit Animam evadere ab hac Corporis dispositione, nisi per magnam cogitationis exercitationem ac speculationis, per quam statim succurrit in administratione, quod fuerat oblivioni mandatum. Dependitur impedimentum, quod fascinabat, turbabatq illam. Et quale prohibebat contueri Essentiam suam, ac explorare fiduciam, roborantiaq ata efferentia ad superandum appetitum prevalentem pravum, imaginationesq vitiosas. Ob causam istam Anima fuum deseruit statum eternorum ut asequeret hujusmodi sensibilem mundum, ignorat se amotam a caritate perfecta, induisse amorem permutabilem, imbecillemq. Porro Anima quando roborata convaluerit ad rejiciendum habitus alterantes, neq amplius detineat in ipsis: administrat suum Corpus absq pena afflictionisq dolore: fitq similis animae Universali pari cum dispositione, dominans, & gubernans, praeter variabilem mutationem.

LIBER OCTAVUS.

CAPUT I. Quae sit Causa effectrix ignis caeterorumq Entium naturalium.

Essentia ignis, qualis etiam terrae caeterorumq similium, est ratio quaedam in materia prima. Neq ignis fit a contritu, collisuq Corporum, ut ab Agone, quemadmodum nonnulli opinati sunt. Sed latens in illis apparet, propter hujusmodi mutuam collisionem: quae cum sint aridae, calefiunt vehementer. neq etiam materia prima est ignis potentia sed enim forma ignis, tantum fit in illa, quando ratio seu materia ignis aliorumq Entium illum efficit. Haec autem ratio formatrix, est Anima Universalis, eadem vita igni religioq Mundo existens. Per quam singula regunt pro conditione ita ut quodlibet ex Animantibus & plantis, animalibusq vivet aliud qualelibet noxium. In hac etiam Anima nostra permanet cognoscitq per eandem, omnia quae dicit. Ista adhuc est providentia Divina in toto Orbe diffusa, & illa, quae unumquodq existit ac persistit. Ideo Plato dixit quod Anima in quolibet corpore simplici, agit hunc ignem sensibilem, caeteraq Elementa. Quod cum sit causa, igit effectrix hujusce ignis, est vita quaedam ignea: ignisq occultus, qui superne existit in alio Mundo, convenientior quam infimus, siquidem nobilior, qui cum sit etiam verus, procul dubio, est aetatisq vividus. et vita quidem sublimiore. Quandoquidem iste ignis est simulacrum illig. Porro cum ignis supernus sit probatum est, vivat vita inferiori influente, pari ratione Aer, Aqua & Terra. Sic etiam vivunt, ac magis quam hic, quoniam ab illis vita immittit

his inferioribus.

CAPUT II. Quod singula Elementa participent aliquam vitam.

Argumentum quod Elementa hui Existentia vivant, sunt Animalia ei genita, siquidem ex igne fit quoddam animal, ex aere item, atq; Animalia enimvero genita in aere sunt majora euidentiora quam in igne. Quæ sunt insensibilia propter essis subtilitatem & lentem. Pauca atq; mobilia usq; in aerem: Item Animalia aquatica manifesta, Et animalia quidem ignea non patiunt ab Elementis inferioribus, verum agunt in illa. Similiter etiam aerea non patiuntur ab aqua, neq; a terra. Quod autem aqua vivat videt patere ex eo quod ex humore quoddam nobis inexistente fit caro: siquidem Caro est quid quodam ratione coagulatus, quod amplius terra fit etiam vida manifestum est, tum quoniam ipsa tota præsefert Animalia quem aliquam, siquidem continet aquas superfluentes, tanquam nas, saxeos montes, tanquam membra ossea, Plantasq; velut capillum hæc Plantæ terræ infixæ vivunt, amotæ autem pereunt.

Quod autem Plantæ Animaliaq; (præter animas proprias) vivantur anima Universalis potiantur: sibiq; manifestum alij quæ non nisi vitis particularibus spoliatæ, ut Plantæ cæsæ, animaliaq; mortua, nec enim si aliquod Animal vivum deglutiatur, nutrit priusquam moriatur, siquidem non corrumpit vertendum in carnem nisi anima particulari antea exuat. Si talia igit vertuntur in nem, servant vim Animæ Universalis prædictam. Postremo quæ Elementa sint (ut jam deductum est) vivida, non tamen existunt etiam sensitiva, sed receptiva sensus, sicut ipse sanguis quæ quo fit caro) non extat sensitivus.

CAPUT III. Quod quæ Species sunt in Mundo inferiori, sunt etiam in Superiori, & quales ibi sint.

Cum ea sint vera quæ narravimq, revertentes ad rem. Dicimus hui Mundus sensibilis totus, est imago alterius, quare cum iste vividus tanto magis oportet illum aliquem vivere. Etenim si hic extat fœtus, ille etiam perfectior, siquidem immittit isti vitam potentiam perfectionem & perpetuitatem. Quod si orbis Supernus est summe dutus, procul dubio etiam entia illig sunt absolutiora cæteris hic existibus. Illic igit superstant alii Cœli, adepti virtutes Stellarum Cœli hujus Mundi. præter quod illi sunt altioris speciei, ducirig ac majoris. neq; inter se distant, sicut isti, quandoquidem inter posuei.

Illic quoq existit Terra non inanimata Substantia: sed vivida, in ea
sunt Animalia cuncta naturalia terrestria quot istic, sed alterius spe-
ciei ac perfectionis. Sunt Plantæ sativæ hortenseq & aquæ profluentes
ei Animatæ. Sunt item Animalia aquatica, sed nobiliora, illic existit ac,
in eis animalia propria simpliciter viventia, omninoq immortalia.
Et quanquam animalia quidem illa sint hic Connaturalia, tamen
sunt honorabiliora eisdem: utpote Intellectibilia, perpetuaq, ac inalte-
rabilia. Quod si quis objiciens dicat Unde mundo Superiori insunt Plan-
tæ Cœli reliquaq prænarrata: Respondemus Mundo Superiori perfecto
inexistere omnia, quoniam in eo facta sunt ab Autore primo absolutaq ac
pri existente producta. Adsunt igit ibidem, Intellectus Animaq omnes
nec subest defectus, qualis indigentia & corruptio. Siquidem Entia
illic sunt plena ubertate, robore, & colletitia, utpote sublimata, in
vita & ab uno fonte conorta, ac insignita una qualitate complexa
omnes alias; ut sapores dulces, odores suaves, colores perspicuos, sonos
harmonicos, res tactiles, cæteraq perfectiones, neq ibi partes sese in vi-
cem vexant, neq inter se misceantur, neq mutuo se corrumpunt. Verum
servant singulæ perfectæ, secundum rationem optimam habitq Essen-
ialis eis retæ. Cumq sint simplices, continent tamen multas rationa
ibiq intima pluralitate sui & augmento, quali multiplicant, augentur
ripora. Atq Intellectus illic existens, est vacuus, Anima quoq est
implex partier, atq hæ ambæ, & reliquæ ibidem res sunt simplices.
a conditione quod omnes secundum rationem conveniunt proprie-
natam vitæ principio vitali, non secundarijs rebq sensibilibus ac
compositis, secundum quam propijs rationibus multiplicantur.

Cap.t IV. Qualis sit motus Intellectus.

Agens primum simpliciter Mundi totius Sensibilis, est unum Sim-
plex: continens potentiam unicam, Agens autem ex conditione primum:
quod est ultimum, habet potentias plures. Atq Ens proximum causæ pri-
mæ, existit causa hujus, cujus quidem opera sunt, plura illustrioraq al-
teriùs. Distantis autem ab ea pauciora, & imperfectiora. Siquidem In-
tellectus movet semper, motu æquali, ac secundum omne. partes simila-
ri, neq aptat unico motui sed omnibus. Motus autem particulares non
sunt uniformes, sed variatus, quantoq posterior, tanto obscurior, quo usq
perveniatur ad unum simplex, unicq tantum potentiæ. Et motus quidem
hui existentes, qui omnes sunt ultimi utpote Substantiæ Corpoream a
primo ad postremum, singuli proveniunt ab Intellectu, atq in horum
postremo est parva inæqualitas, quia non subest virtus alia movens ali-
ter, neq inter moventem aliamq motam variat proportio. Atq hui moto

BIBLIOTEKA W.B.

ab Intellectu infimus non est vita simpliciter continens plura. Sed unicum aliquid. Ideoq existit particularis ac Sensibilis, non Universalis, inq alio. Intellectus enim non ineſt nisi Vitalis ratio. Unde dictum Motus Intellectus esse Substantiales. Siquidem absq illis Substantiæ non existunt, sed tantum per eos. Intellectus namq agit in particulares Substantias motibus Intellectibilibus, qui proveniunt ab Autore operis primi veri. Quod ob id est virtutis incomparabilis. atq hoc ipsius Intellectus motus Substantiæ sequuntq. Movet autem Intellectq ad rem, formatione Intellectionis ejus, quæ cum non abducat ab ea, est locus rei ejus, non simpliciter, sed quia non aliud. Intellectus porro semper movet motu Intellectibili ac Spirituali, neq unquam cessat: aliquin non existeret. Neq autem contingit quod Intellectq desset intelligere. Siquidem Intellectio est Substantia ejus, atq idem est Intelligens & Intellectus. Et motq quidem Intellectq est Intellectio. Atq omnis motus talis perficit vivificatq Substantias quaslibet sub ea probatum. Siquidem Substantia ipsius Intellectq servat singulas Substantias subexistentes, & vita ejus vitas inferiores, cum universalitas illarum

CAPUT V. Quod omnis motus in Orbe Supremo est Vitalis, & qualis.

Omne quod movet in orbe supremo, sive sit Intellectus, sive Anima, aliud, movet motu vitali: & perpetuat illum secundum connexionem. Etenim sicut viator terrestris, progreditur itinere terrestri, ac ut omnia quæ e terra pullulant sunt terrestria: quamvis sint aliter vegetata, sic omne quod defert in illa regione vitali, defert delatione vitali. Atq omnia quæ ibidem conspiciuntq sunt vitalia. Et quidem delatus illi movet a principio viæ ad finem. Quomodo principium & finis ibidem adsunt. movet in quam ad finem, non distans ab ipso principio, ratione contrariæ hic existenti, quod translatum ab Exordio ad finem itineris, differt a principio. Etenim si pertatum illi ad finem distaret ab initio itineris, non esset Intellectibile aut vitale actu, potentia, quapropter desineret corruptione: præficiscetq genitum. Intellectibile vitaleq actu, semper ac Universaliter eodem modo habet.

CAPUT VI. Quod Intellectus est Universalitas rerum & quo modo.

Omne Universale est Intellectq: ac vice versa omnis Intellectq est Universale. Non ita tamen quod Universale existat præter particularia omnia existentia, siquidem his omnibq ablatis, aufert Universale Intellectq, ac particularia sunt sub inde alterabilia, variabilia additione & diminutione, Universalia autem sunt omnino im-

mob

rubilia, alioquin veritas penitq auferet / quod est falsum: Quare
cum Universale sit inalterabile, quod est forma Intellectq, impossibile est
esse alterabilem, Intellectus autem est Universalium specierum, quia conti-
net in se ipso Universalitatem ipsam formarq rerum. Neq autem res
ipsa inest Intellectui impressa, sed Intellectus operat aliquid rei simile,
quo convenit ipsi. Et sic omne praeteritum ac futurum convenit alicui
quod sit Intellectui, sicut Scientia sit Anima nostra, convenit rebus si-
gnificatis, alioquin si forme sit anima essent dissimiles a formis rerum
non sciremus ipsas, neq assequeremur veritatem illarum. Siquidem ve-
ritas rei est ipsamet res, aliter enim foret aliena: ex consequenti etiam
contraria. Animq namq speculatae formant sit seipsis veritatem et
particularibus, quae scilicet sunt singularium species, est ipsamet res.
Quapropter cum homo conspicatus aliquid nuda venit formam ejus, impo-
sit Animae suae similarem illius proportionalem. Quod si rursus
videat idem invariatum, agnoscit, siquidem simulacro pre existenti
proportionato convenit. Si vero tertio aspicat, sed alteratum non agnovit,
quanquam prima Imaginis sit Anima disponet. Sic autem Artifex
praefigit sibi sit Anima formam quandam, deinde facit similem in
materia una vel pluribus. Etenim rerum pluralitas numeralis pro-
venit per materiam. Similiter si alias ex his formis artefactis su-
meret, exemplar sit Anima Universale, ac partes similes in materia
formaret, essent adhuc plures forma singulares, & profecto si auferant
forma illae particulares, non ideo etiam aufert Universalis. Quare
concludimus quod forma unius abstractione a materijs, & forma una
multiplicat impressione in materiam. Universalia itemq sunt perma-
nentia, particularia autem alterabilia, peremptibiliaq, quare Intelle-
ctui insunt simulacra semper, aliis quibusdam rebus proportionata.
Et si quis dicat quod numeri rerum, sit Intellectu sunt illarum instru-
menta vicaria, non differentia ullatenus ab eis dem.
Respondemus quod si ita foret / forma sit Intellectu esset ignobilior q,
quod est impossibile, ideo non contingit quod sit eadem cum re sen-
sibili indifferenq ab ea.

Caput VII. Quomodo Intellectq est unus & plura.

Redeuntes ad id unde digressi fuimus: sermonis: Quod Universale una
multiplicat sit particularibus, subdimus exemplum, verbigratia, Plantam
aut Animal, quarum rerum itaq / quamvis sit una, tamen dicit de
plurimis. Forme namq Agentis in materijs pluribus existentes differunt
numero, & si sunt in una materia, differunt specie. Amplius res una
est plures, ut Corpus, quod quamvis sit unum, tamen ratio Agen. for-
mat

mat in eo membra plura. Puta Os, oculos, nares, quorum quodlibet quamquam sit unum, non tamen est unum simpliciter. Sed enim est compositum ex pluribus aliis, ut nervis, venis, carthilaginibus. Nervus quoq; siquidem sit unus, adhuc est compositus ex elementis, et ita de similibus, ut sanguis, licet sit unus: est etiam compositus ex rebus aliis, adeo ita quousq; attingant materia prima & forma, quarum utraq; cum existat simplex, est substantia una. Et si interpretetur unicuiusq; nomen. Materia prima non est nisi substantia informis: Et forma vera, est per quam res est, id quod est. His premanifestis. Intellectus igit; cum sit unus, non est unus unitate qua forma corporalis. Aliquidem est alitèr nobilium, illa ut prædiximus, neq; item. Intellectus unus et plura ut corpus. Sed quatenus continet rationem potentem unire pura. Etenim habet formam unam qua definitur, et ex qua omnes formæ intrinsecæ atq; extrinsecæ, quoniam universale unit particularia, nec auferetur aliquo illorum ablato aliunde porro evenit potentialitas cogitationis subintellectualis. nec Intellectus dividit ab ea, ut unum corpus ab altero, siquidem corpus dividit per lineam lateralem extrinsecamq;. Intellectus autem dividit per intrinseca a cogitatione.

CAPUT VIII. Quomodo omnia sunt in Intellectu & quo modo agat Intellectus ac etiam Deus.

Diximus omnia esse in Intellectu, non ideo tamen, quod res in eo sint absolutæ, neq; ita quod cum eo componant, sed quod Intellectus producit eas, ac servat, nec enim quid quam cogitatæ esse permanent in eo, & si Intellectum auferamus: auferuntur quoq; ipsæ cum sua universalitate. Intellectus autem cum sit omnia, ut potè efficiens illa agit unum per aliud. Agens sed enim primum quod producit, perficit absq; medio, simulq; in unico momento ex consequenti ens creans vere, siquidem sine alio re, non autem ut aliquid ex aliquo, ut causa alia adjuvat adjuvat aut exercitat illud, ideo quodq; sicut omnia sunt creata ab eo, sic etiam ad illud revertuntur, appellaturq; ob id Agens primum, quæ nominatio nulli alteri convenit, siquidem ipso alia omnia fuerunt creata ab eo. Intellectus enim vero operatur ut Agens secundum, ac per primum efficit quicquid efficiat. Siquidem indiget speculatione in Agens primum præter sui contemplationem substantiæ, operatio quoq; ejus non est tota simul, neq; subitanea.

CAPUT IX. Quomodo omnia Animalia Universalia sunt in Animali Universali, & quamquam aliter quam

Sicut omnia sub existentia Intellectui sunt in ipso Intellectu per ratiõnem
rei etiam omnia animalia universalia sunt in Animali universali per ra-
tiõnem. Si dicamꝰ autem quod sub utroꝙ Animali sint plura. vere qui-
dem dicimus, sed Animalia infimi orbis sunt imperfectiora, ac pauciora
Animalibus superni. Et non defertur Animal a vita abstrahente, quin
perveniat ad Animalia parva, imbecilliora atq illis inexistat, in quibus
vita particulari inventiꝰ desinã virtus universalis vitæ, quoniam non
subest aliud. Hoc autem quod dictum est fit cum speculatio nostra fuc-
rit Intellectiva, abeq sensitiva. Siquidem Sensus considerat prime sin-
gularia, postea vero species & genera. Intellectus vero contemplatꝰ primo
Universalia. postea vero particularia. Differentia autem hæc, quam di-
ximus inter supremum Animal positum Universale & Animal par-
ticulare non quidem distinguit, nisi secundum formam. Duo autem
quod Animal universale & Animalia particularia, non differunt sim-
pliciter inter se, sed sunt quasi amor / quem sæpe narravimus / in Uni-
verso atq amor in Orbe sensibili quem Victoria Elementarum, ex
quibus res componuntꝰ, dissolvit aliquoties, siquidem etiam si non
compingit Entia, nisi per aliudens, & citra intentionem ad primarius
finem. Amor autem Intellectibilis connectit omnia voluntate: ac
unione vitali, appetituq primarii finis, quapropter nunquam dissol-
vitꝰ. Siquidem non est excessus qui possit. quoniam in Mundo illo su-
perno, nequaquam est controversia, neq odium inter existentia sed con-
cordia summa, vitaq communio, a qua omnia inferiora vegetantur.

LIBER NONUS.

Quoniam in Codice Græco hujus libri Exordium deficiebat, ob nimiam ve-
tustatem. Tineæ siquidem prorsus labefactaverant, Ideirco primum
Caput non fuit pro apposito

CAPUT II. Quod Anima in Orbe Intellectuali non indi-
get promovente ad Operationem, quamquam hic autem in-
diget.

Anima existit ex Jure substantiæ Intellectualis, quatenus etiam extat ex
numero ejus, cujus ope ratio non est dignior potentia. Quare inter sub-
stantias quidem Intellectivas hujus existentis potentiæ non indiget ali-
quo promovente ad operationem, quoniam est pura, ac perfecta: respiciens
spiritalia ut visus sensibilia. In Mundo autem sensibili indiget tali
promovente ad actionem, Aliter enim sensibilia nequit considerare ob
hujus causa est substantiæ Cortex: quo hic homo circumindutꝰ fuit, unde
fit quod Anima non attingit Essentias rerum, vires ipsarum, nisi pro-
amotis etiam corticibus rerum, ad quod indiget ope Intellectus agentis
Verum ubi et quando Essentiæ ipsæ sunt ex seipsis abstractæ, ac vires

deleeda, tunc ibi sufficit Anima potentia ipsa, ad eas explorandas, neq
alio pariter indiget Intellectu agente. Cursus quem dicimus, quod A
ima in Regione Intellectuali Substantiam suam respicit & a reliquis id
dem coexistentibus roboratur. Siquidem ipsa atq illæ sunt Simplices
ad cognoscendum autem aliquid Simplex, oportet Substantiam cognosc
rem esse etiam Simplicem, at cum in regione Sensibili Anima exist
rit, nihil considerat absq labore maximo, atq id propter multam co
tium copiam, quibus contenta est, nec ullatenus ei sufficit propria actu
Istic namq est Compositus, in vero Compositus sit prædictum, neq
telligere Simplicia. Præterea hic Anima nihil etiam Mundi Intel
ctualis explorare potest, nisi ille, adhuc post descensum actuat ipsa
Anima ad actionem, neq easdem Substantias quæ prius in illo s
rali Orbe inspexerat, potest etiam nunc in hoc Sensibili pariter
attingere? quoniam ejus Intellectus submersit, prohibeturq a prim
Speculatione qua jam potiebatur.

CAPUT III. Solutio Objectionum duarum.

Si forte quispiam dicat quod quæ Substantia in potentia specula
aliquid, tanto magis eadem in actu speculabit illud. Siquidem tunc
est firmior validiorq quoniam Actus est perfectio potentiæ. Respond
mus verum esse, quod Actus est perfectio potentiæ quando ipsa cons
derat, rem suscipiendo simulacrum ejus, tunc enim potentiam su
scipientem actus absolvit: seu perficit. Quando autem potentia
ceret esse ipsa Intelligere & sine receptione simulachri contem
ret rem actus superadderens illi simulacrum in presentium, pr
nocet atq eandem quodammodo corrumpit, præsertim quoniam
fere contrarius, & certe non est conterminus, seu connaturalis.
Rursus si quis diceret quod potentia Animæ corrumperet, quando
sit: quod ipsa recipiendo perfectionem considerat. Sic enim relinq
actum: actus autem eorrumpit potentiam. Dicemus quod Potent
recipiendo Actum: non corrumpit, sed actuatur, perficiturq. Cujus
ratio est, quoniam postequam Anima reliquit Speculationes re
Intellectualium administrantium, illi hic adjungit. Potentia pig
laboriosa. Etenim si Existens in natura intelligit Substantias
non intelligit notitia momentanea, nec absq cogitatione. Cursum
tem priusquam descenderit res perspiciebat, nequaquam cogit a
siquidem clare intuebatur cognoscebat.

CAPUT IV. Quod Anima eadem potentia hic & in
be Intellectuali utitur, sed non eodem modo.

Præterea quando quispiam quærat. Quomodo Anima existens
hoc Orbe, intelligat Entia Mundi Intellectualis, neq dirigat ad

an videlicet sola eadem potentia, qua prius cognoverat, an etiam actu quodam superadducto potentiæ. Siquidem opinemur etiam speculari res Intelligibiles, simili potentia hic sicut illic. Sed falsum est; quoniam Anima ibidem existit simplex & soluta: hic autem involuta corpori ac sub potentia sensibili contenta. Si vero anima hic cognoscit actu quodam alterius potentiæ, hoc etiam erroneum est, quia omne cognoscens considerat rem per potentiam propriam, naturalem, ac inseparabilem. Dicemus itaq; Animam hic speculari Entia Intelligibilia: atq; sublimia per eandem potentiam, per quam ibi antea existens perspiciebat, præterquod in existens corpori indiget alio, per quod consideret abstracta. Videlicet actu receptionis, quo formata potentia perspicit illa. Verum anima in Mundo altiore existenti sola sufficiebat Potentia. Neq; enim necessarius erat is actus. In Substantijs namq; Intelligentijs superioribus, quæ actu speculantur, ipsa Potentia est perfectio. In Corporalibus vero actus, per quem ad finem pervenit, perficit potentiam. Cum ita sit igitur reverentiæ dicimus, quod per quam potentiam anima inspexit Essentias Intelligibiles Supernas ibi concistens, per eandem prospicit hic subsistens. Siquidem Potentia speculans mundum illum, cujus operatio est promotio quædam, hic servit animæ aliter quam ibi, quoniam existens illic potitur speculatione facili: hic autem laboriosa. Atq; hujusmodi potentia promovet in singulis viris felicibus, illaq; Entia nobilia sublimiaq; prospicit, eadem utrobiq; existens, videlicet illic videns principia prima, absq; cogitatione & impressione Simulachri recepti, hic vero detentione, per motionem sui. Ita quod Anima speculatum Orbem Intellectilem, auferat Potentiam suam ab hoc. Sicut enim homo supergressus montem. Derelinquit inferiora, quæ aliter non poterat. Sic Anima scandens, Potentia elevata, Mundum supernum, contemplatur illius Entia, quæ aliter nequit. Utiturq; ascensu hic, quo non utebatur illic. Hujusmodi vero Ascensus quidem animæ est operatio, qua ipsa existens hic speculat Essentias Orbis superni, atq; ita fit, quod potentia Animæ ascendens, primum appellit ad Cælum infimum. Deinde ab illo ad superius sequens, donec perveniat ad supremum. Sicut in Substantijs materialibus a composita magis progredit ad compositam minus. Donec omnino relinquat compositam, attingatq; simplicem. Reversus quoq; Anima a Cælo supremo, procedit ad se ipsam cognoscendam. Siquidem Entia Cælestia, ac supercælestia utraq; sunt absoluta & simplicia.

CAPUT V. Quod Anima Cælestis habet memo-

riam quandam.

Intellectus ab Agente secundario, hic recolit ea quæ noverat antea in Orbe Superno, quare neq; etiam mirum, quod idem animus existens supra Cælos, fit memor eorum quæ vidit ac scivit in Regione subteriori, quanquam etiam in Cælis extet memor rerum Cælestium, abstractarumq; quoncam existit firmus, neq; ab illis Corporibus, ac formis primis alteret sapientia ipsius. Si quis piam autem quærat cum Sphæra Cælestes varientq; siquidem in prima dispositione haud permanent, num animus respiciat Essentias ipsarum? Scienterq; agat aliquid in illis? Dicemus quod Animus cognoscat virtutes Cælorum, & operationes, nec falso, videlicet operationes variari, & virtutes permanere. Et enim si Cæli habent operationes (sicut etiam fatentur) convenientiq; erit quod Animus noverat illos, quanquam habeat de eorum mutetur. Quando vero quispiam adhuc ambigens quærat quonam pacto, Animus qui demissus ab Orbe Intellectuali adest Corporibus Cælicis, potest esse memor illius. Si ipse non habuit memoriam antecedentem descendit ab eodem. Dicimus quod Animus tum in Cælis, tum in Orbe Intellectuali, habet memoriam. Sed nisi alicui ex Corporibus pluribus diversis inextiterit, nequaquam operationes ejus manifestantq. Neq; tamen idcirco remanserunt ei habitus jam dui præteriti, adeo ut penitus obliviscerer etiam Mundi Intellectualis, nisi sufficeret ad memoriam parva ad ejus memoriam. Verum si quispiam obiciatq; cum brevitas temporis: paucitasq; generationum satis sit ad memoriam penam. Econtrario igit, longitudo quoq; temporis, multitudoq; generationum præcludubio faciet ad oblivionem. Ita quod cum generationes vertantur circulariter. Animus obliviscet cujuslibet longe prætereq; erit memor alicujus tandiu præcognitj, propter intervallum Statu primo. Dissolutionemq; seu deletionem ex motu continuo. Ideo propter etiam Animus tunc non erit ~~memor~~ memor Orbis Intellectualis. Atq; ob destantiam ab illo non aliquid prænotum ejus habebit. Itaq; foret similis Anima Brutali, id autem est absurdum. Respondebimus quod cum Animus descendit a Mundo Supremo ad subteriorem, idest ad ostendendas operationes suas in materia, non pertinet ipsam pervenire usq ad infimum, sed enim ad definiendum cum se transfert ibiq; subsistit: neq; aptat cuilibet generationi, sed a quadam desistit, donec jussus retrocedat, digressusq; inde ascendat ad ejusmodi non altiorem quam generationi cuiquam conveniat. ubi primum extitit: Ideo licet dicere, quod Animus hujusmodi non lateat. Ens [illegible] di Superni (sicut prefati sumus.)

CAPUT VI. Quod Animus Cælestis non habet mem

riam qualem humanus.

Explorandum an Solarii Animus Lunarisq, Stellani vel alius, scilicet & Orbis Celesti habeat memoriam. Deinde etiam inquirendum, an virtus animi Universalis, ac postea ipsius Stellaris Animi principalis, quæ Planetæ Jovialis est, utaq memoria, quod cum fecerimus inveniemus Intellectu ab Agente secundarij, Animiq Stellaris memoriæ esse differentes. Exordiendo igit dicimq, quod Animi Stellarum non indigent terrestrium cognitione Sicut Animi Mundo inferiori inexistentes. Siquidem ab his eam non acquirunt. Quare non indigent memoria terrestrium cum discursu. Talis enim est adminiculo utenti, quali Animi Stellares non indigent ad gubernationem terrestrium & directionem hominum. Siquidem illi sunt memores terrenorum alia ratione non enim discursu, sed solum virtute quam ei indidit Auctor primus. Verum si quisquam objiciat quod cum Animi Stellares speculent Mundum Intellectualem supernum, Autorem ejus. Impossibile sit quod non reminiscant illiq quod prius cognoverint; quapropter habebunt memoriam aliquam. Dicemus quod animi Stellares prospiciunt Mundum Intellectualem, Autoremq semper atq coram. Nec enim unquam obtutum superfugit ad manifesta autem evidentiaq in promptu non est opus memoria Syllogistica. Cum hæc memoria non sit, nisi representatio absentantis, immanifestiq. Rursus si aliquis quæratq utrum animus Stellaris, cum orbis inferior sit absens occultusq utatur saltim memoria hujus. Dicimus quod cum aliquid continet habitum Cogitationis alicujus rei. Deinde amittit. Sea subterfugiente aspectum, suscipit impressionem quandam. Animi autem Stellares non susciputnt impressionem. neq unquam spoliant contemplatione Orbis infimi. Porro si quis iterum quærat. Utrum Animi Stellares agnoscant se conspexisse terram veniversam, Die: vel mense annove præterito, ut agnoscant se vidisse eodem pre tempore. Etenim si ita nequam noscant, proculdubio carent memoria. Dicimus quod Animi Stellares semper cognoscunt se circumambire terram, ac vivere perpetuum autem invariatum non transfertur. Dies autem præteritus. Mensisve aut Annus & similes tempora, sunt termini recessionis quare Cras firmum non est hesternum, aliterve præteritum, sed idem semper. Animus vero humanus cum motu constituit Diem, mensem, Annumq præteritum. Sicuti aliquis figens vestigium imponit pedem unum multis solis partibus, sic motus Stellæ unus apud animam dividit a Nobis in multas partes: tempus autem dinumeratq in dies, quoniam ipsi huic succedit nox, alioquin non differrent tempus præteritum, presens ac futurum. Sicut etiam gutta quamvis eadem sit,

Substantiæ quedam sint priores alijs, ut Simplex compositæ, ac Intellectus Agens animæ, non sunt tales prioritate temporaria, sed substantiæ Non accepimus / prioritate Essentiæ ac Naturæ: qualis est generis ad Species, quod vero aliquid sit prius altero, nec tamen tempore. Ratio est Quomodo enim quedam priora sunt talia tempore, cum sint supra tempus, & causa temporis. Et jam quidem probatum, quod unum non dicitur prius tempore altero, nisi ambo sint sub tempore contenta: atq; unum extiterit in tempore priore quam alterum. Primaria igitur simpliciter inter Essentias existit Mens, quæ idcirco dicit Principes, quam est idem quod verbum Dei, ac suppositum formæ primæ, continens sub se genera Summum / omnes Substantias illustres: absolutas, & puras. Illi succedit Intellectus comparatus ad mentem illam secundarius / qui est velut species ejus / constituit subjectum sui, cui etiam est forma appropriata, atq; huic inest lumen ab Intellectu tali radice, ut Cristallo, radius a Sole reflexus, adhucq; ab isto procedit Essentia animæ rationalis, cujus lumen etiam paucius est simile matutino Crepusculo. Idcirco ei contingit oblivio & ignorantia, unde fit ut indigeat doctrinaria eruditione memoriaq; servatrice, ac ratiocinio, ad sui fulimentum discretionem Essentiæ. Rursus ex lumine Rationalis animæ orit Natura animæ sensitivæ: quæ etiam existit minoris luminis quam illa, quapropter cum exploratione Syllogistica, est tamen, tantumq; imaginatrix & estimatrix. Simplici, ex hujus lumine profluit Natura Animæ plantariæ, quæ quoniam multum distat a luce pura, absolutaq; manet crassa privataq; vi progrediendi ac respirandi. Solamq; retinet pullulationem. Præterea ex hujus lumine fit Natura, quæ adhuc propter intervallum a luce principali privata tenuitate in Corporea, suscipit crassitudinem Corporalem, ac quantitatem trimensilem, videlicet longitudinis, latitudinis ac profunditatis, movetur q; aliquo motu videlicet: Circulari, Simplici, ac incorruptibili qualis Cælestis, tali ab Autore instituta, propter generationem & corruptionem q; subinde continuandam. Movet item motu unisono in contrarioq; alteri, & cum Cælum sit Contentorium, generabilium naturalium, servans singula pro conditione formarum in Compositis. Siquidem a motu proprio perverteret, deficerent illa omnia. Porro ab hac natura Cæli circumlatili, procedit Natura multiformis & multimobilis, inferior, cujus motuum inter se contrarietas, est causa generationis, corruptionisq;

CAPUT III. Quod Mundus Intellectualis influit

Celesti, Celestis autem Sublunari, & quo modo.

Natura mundi spiritalis ponit Ordinem, Corporea perpetuo circumlatæ, cujus orbes servant succedaneam alterationem inferiorum per influentiam latentem a verbo Dei, & consequenter generationem, corruptionemq; atq; ita motibus pigiter succedentibus illinunt genita coloribus Spiritalibus, in singulis speciebus & individuis ad persistendum suo tempore similaraq; uniendum. Natura enim vero Celestis movet Corpora inferioris mundi composita, Elementariaq; & generabilia ac sensibilia a Concavo ad Centrum, per Essentias superiores Spirituales ac pendentes ab Intellectu primate perpetuaq; vel & virtute a Deo per verbum Eis insita. Ideo autem hæ Substantiæ sunt Simplices, Et celeres, constanterq; existentes, quoniam causa illarum est forma, utpote immediata verbo Dei, unde etiam sunt inalterabiles: alioquin minime forent æquales, ac recta. Cum Intellectus namq; sit in Essentia perfecta oportet etiam opus ejus esse absolutum, quando ipse Job id quod est proximus verbo Dei: 6ª consequenti aspectuam quoq; ac infinitam virtutis sumit immissionem non indiget alio Cogente influxu autem sui prædictum si in alia subcincta ad amandum Deum est finitus, ne recipiendo turbent. Interq; istas quidem Substantiæ Corporales generabileq; valde deficiant in illig susceptione, tamen ipse Intellectus privat hujusmodi causas infimas. Sicut patet in aquis ex quibus, oportuno tempore gignitur magis unum Animal quam aliud.

Caput IV. Quod solus Deus est Autor verus Animæ rationalis.

Natura quali Plantarum, Brutorum Mineraliumq; est opus Animæ rationalis dissimiliter factum ab ea quam ipsa Sic opus Intellectus Agentis factum ab eodem. Quoniam Intellectq non agit vere hujusmodi Animam. Siquidem omne Agens vere producit Elementum rei Substantiam subjectam formæ. & formam servatricem Elementi. Intellectus autem non agit Elementum neq; formam Animæ. Quare Intellectus non est Agens vere Animam, quam vis sit medium inter Agens ipsius primum, ac sit Agens ultimum quod est proximum. Primum autem est Deus, qui est Agens verum. Siquidem agit Essentiam, cum ipse sit Essentia vera. Atq; impossibile est quod aliquid producatq; ab aliquo sine illo.

Caput V. Quod tres sunt illuminationi Animæ

gradus, & quales.

Cum omne lumen propaget alterum, primum quidem est perfectiq̃ p
stremo: medium est particeps utriusq̃ extremi. Ita & convenit etiam l
mini quod propagatum est, infinitisq̃ insitum Intellectui secundo
habere tres gradus, videlicet supremum proximam verbo: quod vere
appellat lumen absolutum. Et mundus lumineus, gradum quoq̃ alt
rum infimum, itemq̃ alium medium. Ideirco etiam cum ex anima
quadam hauriat lumen gradus supremi spiritus ejus accedit ad illi
perfectionem, adsimilaturq̃ spiritibus demonicis, attingitq̃ convide
tu veritates speculans in divinitate Creatoris. Operatio etenim ab h
Intellectu, rationis vere actionisq̃ probe provenit ex conjunctione eiu
cum Intellectu puro, absolutoq̃ qui existit proximus verbo perfectiss
Autoris Supremi. Omnium perfectione, ac puritate opus proximum
Siquidem perfectioni ipsi, est etiam perfectum. Hujus modi autem ver
bum continet spirium Intellectum primatem nobilem, nequaquam o
cognominem, sive univocum. Animabus vero in gradu infimo consti
distantiaq̃ ab Intellectu primate contingit ignorantia, error, obliv
incertitudo, exorbitatio, atq̃ corruptio. Mediæ autem animæ partic
runt utrumq̃ extremum, illudq̃ magis, ad quod magis declinarit
Sic quoq̃ se habent Anima: sensitiva, vegetatrix, ac mineraria. hom
secundum trifariam, unaquæq̃ speciei: gradiumm differentiam.

CAPUT VI. Quod Intellectus est simulacrum Dei, Anim
autem est simulacrum Intellectus, tanquam verbu
expressum ejus.

Cum simplicitas compositioq̃ substantiarum existat major minor
pro ratione distantiæ, propinquitatis ve ad verbum Divinum, Ut co
sequenti quodlibet creatum prius est verius in simplicitate spiritu
absoluta: utpote propinquius illi, quod autem est distantiq̃ existit m
noris simplicitatis, propinquiorisq̃ ad Corporalitatem meritam. Ac
sumenis influxus quoq̃ in existentiis, pro capacitate singulorum
juxta gradus prescriptos, unde quod est capacius, est propinquius, ut
pienti primum: sit proximum propter dignitatem Essentiæ, Medi
inter Deum, & cæteras entia a se producta: quod recipit influxum
xata ab ipso. Receptumq̃ alteri subexistenti: Deum infundit, quo
perfectius, cum, quoniam existit prius illo perfectiq̃, tum quia exta
imitamen primum Dei: per quod gradus ejus ostenditq̃. Ita etiam
fectus decenter influit animæ, quoniam ipsa est ejus simulacrum fi
ctum, sicut verbum expressum. Operatio quoq̃ universa animæ p

fluit

fluit in alia super adiuta ab Intellectu Universali qui se habet ad ipsam Animam, sicut ignis ad caliditatem ab eo ortam, alteramq in alio susceptam, quam Intellectus producit: attamen absq ejusdam potentiæ suæ extrinsecatione.

CAPUT VII. Quod Anima rationalis producit Sensualem quamquam indigeat ea, & quo modo, ac quam illi uniatur.

Anima Intellectualis existens in hoc minori mundo, Intelligit per cogitationem, quoniam Intellectq ejus derivatus a primo, deficit: extatq materialis, id est potentialis. Atq Intellectus quidem perficit Animam Rationalem cum eam producat, sicut Pater filium. Talis autem Anima perficit Animam Sensualem, quoniam produxit eam, qua sicuersa / quoq indiget, quando Anima rationalis excitat a Sensitiva: ad speculandum principia, sine qua minime dirigeret, ad aliquod illarum, neq item formaret Specie quapiam rerum, neq ex consequio foret apta suscipere Universalia ab Intellectu Agente primo. Quod autem Anima rationalis uniat Sensitivæ, hinc patet, quoniam alioquin non assentiret affectibus, deliciis naturalibus: neq appeteret victoriam, dominium, non indigeret disciplina erudituria, & nequaquam affectaret gloriam, non oblectaretur harmonia: Corporalis pulchritudine, laudetiam foret prona ni naturam humanitatis, neq conciperet speciem elevationis, quadrimq evasionis, minime prosequeret, commoda corporis, ut salutem indolentiamq, at idem haberet rationalitatem. Ita siquidem operationes illi contingunt ex communione cum Anima sensitiva, qua tamen est prior, ac elevatior supra qualitates naturales, quales sunt visibile, gustabile, tactileq & reliqua sensibilia. Quibus profecto si non uniret, nequaquam famelicos appeteret salsaritatem, nec labore quietem, neq egrotans sanitatem, nec concupiscens coitum, & paria cætera. Rursus Anima rationalis absq sensitiva foret proculdubio, admodum Substantiæ spiritalibus, quæ certe non cognoscunt, prædictarum illam qualitatum. Experimentum enim vero est, hominem sentire illas qualitates, ac explorare, sicut vice versa Anima rationalis, non cognoscit vere Statum Substantiarum illarum, deliciasq Intellectuales Spirituum, nisi ratione Exemplari, atq cogitata imaginario ad se ipsam dirigendam.

CAPUT VIII. De Intellectu Agente qualis & quomodo se habet ad possibilem.

Intellectus Agens influit Animæ rationali: Siquidem existit lumen ejus, quod Universo Mundo expansum, dirigit alia Entia, servatq omnia, quæ per sinceritatem accedunt ad ejus Essentiam, per immunditiam autem,

diarum Exempla. Scrutat autem hec in mixtis, & quantum potest extensis Cautis explicat Naturæ notitia et consideratio. Quatenus vero ex evidentibus conversionum ac diversionum notis seu divinat aut de quibusvis Elementorum mutationibus ac cæterorum mixtorum, aut de obvijs tum temperatibus, aut de abditis abstrusisq rerum statu ris differit in classem convendit Divinationum Physicarum. Inservi enim ut hominibus sta cæteris mixtis notæ sensibus subjectæ, quarum ductu aliquo modo interiorem naturæ penetrant & comprehenditur quid cuiusq aptum sit accommodatumq quid noxium & adversans. Pertinent autem ad rationem Concordiæ discordiæq, non tantum formales qualitates, sed et illæ quæ ex Analogia mixtionis comitantur Concretionis modum, quorum apud Aristotelem duplex genus reperitur: Unum eorum quæ κατὰ συμβεβηκὸς καὶ ἀδιαφορίαν existunt. ut ligualile non ligualile, fragile non fragile, sectile insectile, ruptile non ruptile &c. Alterum quæ insunt mixtis, ut durum, molle, densum rarum crassum vivadum friabile asperum lene & similia. Oleum aquæ non miscet quia unctuosa cum pertinaci lentore cohærent, nec in minimas partes facile communicant, alienos liquores non facile admittunt: Butyrum contra quanquam unctuosum remittit fervorem Sacchari tamen restringit. Auget enim lentorem siccando rarefacti et extendi in ampullas a Copia agitatorum vi caloris habituum partes attenuatas ac dirutas prohibet.

CAP. V. De Divinationibus Artificialibus.

Divinationumq Variarum Doctrinam pertinentibus nominibus & de Virgula Divina, cujus usus a Metallarijs celebratur.

Φυσιολογικὴ seu Notitiæ et Considerationis naturæ discursum, quatenus ambit omne genus qualitatum Materialium et formalium occultarum & evidentium; Communium & propriarum in Plantis Animantibus et fossilibus breviter pertinximus, nec non earundem vires abditas effectiones mirandas, convenientias, interse et repugnantes investigavimus. Complexi quasi omnes species Physiologiæ ut φυσικὸν quod de Plantis differit: ζωολογικὸν, quod de Animalibus agit. ὀρυκτικὸν, q. fossilium conjectat naturas interiores adjecta contemplatione eorundem naturæ interioris et abditæ qualitatum, harum gradum effectionum & discriminum. Ad φυσικὸν pertinent illæ superius commemoratæ in Plantis aliquibus notæ indicantes initia, finem aut conditiones, quatuor universalium Anni temporum. Huc spectant Divinationes Metallarijs usitatæ quæ fiunt Sciotericis et Virgula Divina. Hi ea ex Corylo decisas bifidas Circulis, quo venas illi Auri Argentive feraces explorant, inclinante sese ea virgula

ua sub terra venæ ferunt atq. incedunt. Quæ vi id soli Coylonæ
arrestent surculi, et non item cæterarum Arborum, quæ in ijsdem pro-
venerunt locis eodem terræ altæ refectæq. succo. Obscurum est nisi quid
magnitudinis occultè habere Coylos ad metalla connatam & occultam,
quam augent roborantq. Succi cognatæ cum metallis naturæ, quos
ex aggesta radicibus terra, nutritionis causa sugunt & hauriunt.
Subterraneis viis ductusq. venarum profundissimos, miro Artificio per-
vestigant et designant, dirigunt, Operarios ne deficiant, ex Planorum
triangulorum natura. Sorte prænunciâ quoq. signa tempestatum ex
aqua, aëre, terra desumere possumus, gratia demonstrandæ virtutis
abditæ atq. Ideæ Elementaris. Et quantum ad distinctionem generum
pertinent ὁδαυσκοπίαν habemus: quæ signa præbent procedentium
tempestatum in mari: aut si tranquillum mare murmuret, aut
littora ripæq. tranquillæ resonent, spumeq. diversæ et aquæ fluitent
fullantes. Ἀεροσκοπίαν inspiciemus, et in hac inveniemus, præcurrentia
quarumvis mutationes Tῶν κατὰ τὸν ἀέρα in ipso aëre. Consideremus
Οὐρανοσκοπίαν, deprehendemus notationem signorum in terra apparen-
tium. Sed si vellem integrè persequi partes singulas, mirabilium o-
mnium in mundo Universo, exhaurienda et percurrenda mihi esset
tota rerum natura. Ideo filum Dissertationum et Narrationum, ex
sententia variorum Auctorum productum et bonum auxilio extensum
abrumpam, atq. per appositionem sequentium, quibus Ideæ hujus a-
nima innodata in globum quasi convolvam.

CIRCULUS IDEÆ TERTIUS.

1. De Sympathiis & Antipathiis quæstio per se tota obscura, & procul a conspectu nostrorum ingeniorum remota: attamen quantum a Genio impetraverim supponam.

2. Opinio est, & supernis hujus fœimus mentionem, singulis speciebus certas consentire ac præsidere Stellas, ordinato aliquo & familiari dominio, quod tamen demonstrari ulla ratione firma non posse deprehendo: rationemq. audio: ajus vi formæ & constituunt & his virtutibus instruuntur.

3. In Septemtrionem magna inclinat Solis circumactum Heliotropium lupinum & alia imitantur, quæ Sympathiæ ratio?

4. Infica abt equidem nemo sanus totam et imam seu Elementarem mundi Regionem, quam circumfluxa vis cingit Cælum atq. completur lumine, motuq. Cæleste gubernari, non casu aut fortuito sed certis ac statis legibus, quas Architectus in prima Creatione instituit & singulis imposuit.

5. Idem Judicium de his includit infinitas varietates Corporibus mistis et mixtione ipsa, conformationeq. Corporum nascentium atq. intereuntium.

6. Omnino ergo fateamur necesse est Inferiora vim aliam & ab Elementa-

vi diversam haurire. 1. Ex motu Corporum Celestium.
7. 2. Et Concursu luminis ac Virtutis ætheree et Cœlestis inferiorum conceptæ generantur et absolvuntur Elementaria Universa.
8. Orbis Elementaris lumine Cœlesti collustrat aut radiorum vibrata vi ad lucendum sunt imbecilliore saltem percellitur.
9. Inde et lumen & calorem Spiffiem Universorum proximum concipit: per se aut obscurus rq; adiophq & ut terrena sunt omnia aut lumini pervius / aquis tamen natura sua expers / ut quæ sunt Diaphana ac pellucida, ut Ignis, Aer, aqua, quæq ex his conflata sunt.
10. Vel etiam ex terrena aliqua parte sed media, multoq aereo et Aqueo perspicuo diluta, ut Crystalli vitrum, gemmæ pellucidæ.

Punctum Ideæ hypotheticum.

1. Hoc Cœlesti lumine non tantum ut Vulgus judicat cogitemus Cœgnamus ac depelli tenebras: sed alia vi est vis longe præstantior & divinior.
2. Hæc Elementaria omnia tam Simplicia quam Composita exacto calore vivifice afficit mirifice, temperat, miscet sibi ter se ac subjicit, subacta connectit coagmentat continet justa leges a Deo Opifice et Architecto præscriptas & intra definitas ab eodem metas.
3. Nec putemus illam qua reguntur ac sustinentur Elementaria, vim ex Elementorum tantum concretione conflatam esse & propagatam.
4. Nec ipsa inter se se mutuo Elementa, contraria ac repugnantia ita ceu hebetantur et obtunduntur, ut quasi defatigata ac exhausta contentione longa de effreni et indomita vi remittendo aliquid mitescant ac tandem Completu coalitiq sibi in Corpus unum coeant.
5. Minimè ergo hanc Habilem et in multa sæcula perdurantem Amicitiam ulla plorit vehementia inimici adversiq certaminis.
6. Verum alia est vis superior e Cœlesti profecta lumine, & vi hujus accensa quæ certamen hoc gubernat ac moderatur.
7. Eadem domitis fractisq aly ad Concordiam reductis imponit ac præfigit ceu custodem nexus illis aty coalitus / accensum nimirum certo de analogo demenso lumini et calori in tota illa massa, ætherearum divinum & lucidum Spiritum.
8. Idem ceu Flamma in Cyclonio præcipua pars Concreti ex elementis Corporis, vires Universales illius ciet, regetat acuit moderatas præfigit.
9. Idq efficit ceu Opifex Actionum omnium, aut formæ Opificiosissimum ac præcipuum Organum.
10. Hoc demonstrant in viventium Corporibq illa ipsa micantium in venis et arteriis totoq corpore flammulæ.
11. Ardet enim lucetq in omni Corpore Composito ætherea quædam & lucidus Spiritus.
12. Et in Homine maxime Vitales et animales Spiritus qui ipsi quibus insunt partibus respondent.
13. In aliis Corporibq ubi igne concepto exarserunt, ex umpento flammæ lumen splendorq coruscant.
14. Flammam conspiciamur esse fumum ardentem, quem calor vehe-

mon ex inflammabili corpore attenuato aut dissoluto penitus elicit atq educit.

15. Et hunc non simplicem sed compositum quale videlicet est subjectus e cujus substantia quasi exprimitur.

16. Hic si ad flammam concipiendam & alendam sit idoneus (non sunt enim omnia ejusdem) non prius tamen effligrat, quam calor vincens dissolvat mixtionem, et pellucidas partes, exopacis terreis quasi eruat & explicet.

17. Hoc ubi fit medium flammæ tanquam centrum obtinent opacæ partes, naturæ terreæ et grossæ.

18. His pellucidæ luces circumfunduntur, eadem quæ in Elementis serie.

19. Per has emittitur et effulget splendor lucidus qui repente, cum impetu quodam ejus momentaneo fumo perpetuo ac disperso, seu coaugmentationis nexu ac vinculo diverso prosilit et diffunditur.

20. Ardet etiam & lucet quousq donec pabulum e corpore inflammato suppetit, cujus partes terreæ tandem in cinerem rediguntur ac disperdunt perspicue in fumum simplicem ac sterilem evolant.

21. Is splendor unde emergit? a Cælestine lumine Solis accendit? an vero ex eo omittitur corpore de quo fumus exilit?

22. Cœlestem esse fateri cogimur quippe sola Cœlestia luce non aliunde petita vel hausta, sed insita ac propria lucere conspicamur.

23. At momentaneo forinsecus insultu luminis externi flammam accendi, et atrum atq caliginem fumum collustrari, tunc cum exardescit, qua ratione evincemus?

24. Quomodo et qua via sese insereat, & admiscebit lumen externum? et in quo figet subjectio? et quo fovebit pabulo? cum alienum sit a natura mixti.

25. Prius ergo lumen corpori inest impressum certo dimenso luminis ætherei cum formaretur.

26. Et vehit tenui puroq et pellucido spiritu, qui vehementi calore diremptis ac separatis partibus mixti dissimilibus obtusis et perspicuis, quasi ex effractis carceribus quibus coercetur et obturatur eum impetu quodam effertur & explicatq mixti vinculis, sibiq redditus, redit ad naturam suam ac lucet.

27. Tali ætherea spiritus et in omnibus est inferioribus naturis, & hujus ætherea propago est atq particula, & corpora terrena cœlo cognata efficit ac copulat.

28. Et hac cognatione cum cœlo oritur inter se admiranda consensio ac seu conspiratio Elementarium ac cœlestium, quam in se quisq experitur.

29. Et quis est qui in se ipso non sentiat, et radiorum solarium vi, unicuiq caloris vim & variantem sese cum cœli siderumq corpus ac

positu temperiem circumfluí aëris?

30. Viget Animus alacritate quadam incitatus. Calidæ diætæ ex ortu Solis debilitati ejusdem occasu illa torpescunt hi velut obtenebrati caligant.

32. Commutatione temporum quadripartita temperantur Natura.

33. Accessu Solis vegetant vires, vel ut renusitata, excussaq; veterno a discessu ejusdem seu destitutæ adminiculis necessarii præsidii elanguescunt.

34. Effundimur etiam non nunquam in repentina gaudia, exilimus gestimus, nervus contur bamur, dejicimur animis, mæremus.

35. Sunt & sensus cogitationes acriores aut hebetiores uno magis quam alio tempore, non ex ulla causa obvia & nota sed ut vis illa æthereæ in corporibus nostris a Cœlesti lumine incitatæ aut retundatur.

36. Inde sunt et illæ in Plantis Heliotropiæ Ornithogala, cichoria, papaveres ad Solis circumactus conversiones & singulis diebus aut pernoctationis vividis magnete illitæ inclinationes perpetuæ directæ ad boream.

37. Hæc a Cœlo communicata Elementaribus æthereæ naturæ particula precipua est pars substantiæ Elementarium, & formas complet atq; absolvit.

38. Hanc si conspingamus ijsdem cum re ipsa atq; omni dubio inferius paulo explicari demonstrandq; sympathiæ & antipathiæ ratio potest.

39. Hæc hanc ac proficisci, vel ex ordine nexuq; Corporum, & interea continente cohesione, vel ex cognatione & familiaritate ipsarum naturarum, aut earundem dissimilitudine ac repugnantia nec dubium nec obscurum est.

40. Quamvis non perinde obvia est atque conspicua ipsa similitudinis aut dissonantiæ ratio, abdita penitus atq; abstrusa in analogiæ mistionis: tamen de hac quantum sieri potest investigasse atq; considerasse et dulce fuit & utile.

tempest & aëre.	Infl. & Med.	In genituris Hominum.	In Actionibus humanis.	Recurrentes.		Aspectus	Oper in tempest & aëre	in usu & med.	In genituris Hominum	In actionibus humanis.	Recurrentes
ma variat pro gne signi & Dni.	B non considerabo propter minimam fortitudinem.	Optima pro ratione Signi & Domus.	Magna mutat Eccles & Im.	Contingit Anno. 20.		-- 7 ☿	Ventos movet et aërem	Non observatur	Ingenio & morbo felix	Literatis et mercaturibus bona	Bis in Anno.
fulg grand & ted tepid in hy	Pessima diebus aliquantis & post	Extollit fortem facit per fas & nefas. Mala est pro natum sua Domus.	Bella, clades lites, mortes incendia afflictiones.	Biennio quo vis.		-- 4 ☾	Serenum tempg & siccum	Optima Constellatio	Vt Conjug uterine liberis prodest.	Prodest in genere	Bis in Mense.
nebul. hum. cum hyeme pluvia tate.	Ser. d. 2 & 3 ante & post	M pro vita & honoribus nocet in omni dono.	Nocet Solaribus	Omni Anno.		* △ ♂ ☉	Tempg Seren. calidum tenitnua.	Non curatur	Honores et fortunam mutat	Felix in genere	Bis Annuatim.
frig. molestum multa nive &	M. precipue in cura mulierum	Impedit & suspendit Conjugium sibi dinoscit occulte facit. Nocet pro ratione Domus.	Mulieres & parturientibus nocet & Oeconomiam turbat lites facit.	Quotannis.		-- ♂ ☿	Humid et pluviosum	Non attendit.	Conjugium promovet	Oeconomiis et mulieribus utilis	Annuatim bis.
ingues aër molestus & turbulen fa	Non curatur	Ingenio vos Arcanorum tor Subdolos et autores facit.	Deceptores callidos mercatores facit.	Quotannis.		-- ♂ ☿	Inconstans cum ventis	Non obstat.	Ingen et vita actionibus utilis	Mercurialibus hu pus proficuum	Annuatim bis.
hum molest neplurimorum tem faut.	Malum valde	Cadit vitium & oculi mala pro Conjug & liberis	Mulieribus plebeis & uterfacientibus nocet.	Omni Mense.		-- ♂ ☾	Temperat cum tonitr.	Mediocris	Felix pro Conjug et Ingen.	Nil retardat	Bis in Mense.
ren cum fulgur tonitr	Non observat & B in Carat valn.	Opt. Natum extollit virtutes orum facit.	Opt. pro stabilien da pace.	Biennio.		* ☉ ♀	Humid et Ventos.	Nil nocet	Felix in vita et fortuna	Felix omnino	Bis in Anno.
Seren constans mpus.	Negligitur propter calorem intempestum	Fortun magn. cum honoribus affluentibus.	Solaribus bonum pacem promovet	Quotannis.		* ♀ ☿	Humid et pluv mult.	Non observatur	Felix pro Ingenio et fortuna	Mercurialibus utilis	Annuatim bis
Seren gratum mtione quarta di	Omnibus idoneum.	Felicissima pro ratione sua Domus.	Pacifica Venereis & mulieribus profuga	Quotannis		* △ ☉ ☾	Tempus pro ratione Signi varium.	Non obstat	Bon. Corporis & fortun.	Felix brevi tempore	Bis in Mense.
uellos agitat	Non adhibetur	Ingenium & fortunam excelsam faut.	Literatis & mercatoribus utilia	Quotannis.		* △ ♀ ☾	Humid.	Felicissima	Felix ubique	Mulieribus gratissima	Bis in Mense
rem gratum frigus	Opt.	Con iter feliscissimum	Omnibus negotiis proficuum cum velocitate transit	Menstruatim		* △ ☿ ☾	Ventos movet	Non curatur	Ingen et fortun optatus	Iter facientibus commod.	Bis in Mense.
fulg meteora Cal Serenit	Malum d ante et post	Impenosum audacem facit, nocet oculis	Bellum inimicas incendia facit.	Quotannis.		□ ♂ ♄ ♃	Convict tempus humidum.	M diebus aliquot Ante & Post.	Vitæ et Valet nocet	Bella sterilit. Morbos facit	□ bien. bis & semel.
hum pluv.	Non curatur	Libidinos. Voluptat apertum	Nocet mulieribus	Quotannis.		□ ♂ ♄ ♂	Grand. tonitr Fulm.	M Diebus 3 Ante & Post.	Vitæ et fortun obstat cul cul. facit	Bell. morb epid contemt. facit	Cod. tempore.
luv. Ventos faut	Non curatur	Dolosum astutum fallacem facit.	Technos & dolos multat	Quotannis.		□ ♂ ♄ ☉	Ingues inconstans molestum	M. Diebus 2 Ante & Post	Fort. Vitæ & oculis nocet	Solaribus impedimento	Eodem temp.
Cal tenitr. fulg.	Pessima	Sanitati et oculis inimica	Itinera molesta & periculosa	Menstruatim		□ ♂ ♄ ☿	Frigus molestum pluv. & Nivos.	M Curationi Mulierum	Conjug. impedit. libid. occulte. facit.	Mulieribus Venereis & Oc. cum nocet	Cod. temp.
☉ ♃	Pluv. tonitr. Venti	Non curatur	Ingen honorat	Dolose machinat	In Anno aliquoties.		□ ♂ ♄ ☿	Procell. et tempestuosum	Non observat.	Ingenio menti & linguæ mala	Literatis mercatoribus obstat	Eodem temp.
☉ ♀	Pluv. multa cum Ventis	Non curatur	Felix pro vita & honoribus	Solaribus utilis	Semestr.		□ ♂ ♄ ☾	Frig hum. Nebul.	Impeditissime	Vitæ & Ingen Malum Itin. Infelix.	Turbat actiones variat	Cod. temp.
☉ ☿	Pluv. Imbr. Vent	Non curatur	Ingen. honor Mulie. Civilem.	Mercatoribus felix & Literat	Bis in Anno.		□ ♂ ♃ ♂	Calid. et sicc. cum fulg.	Non curatur	Corpori et fortunæ nocet.	Contentiones & Bella faut.	Eod. temp.
☉ ☾	Variat pro ratione Signi	Mala.	Nocet vitæ	Actiones occult.	Menstruatim.		□ ♂ ♃ ☉	Idem tempus	Non obstat.	Honori vitæ & fortunæ contrania.	Contentiones inter ♀las & ☉lares.	□ Bis & semel in Anno.
♂ ♀ ☾	Nubium patitur nebul & hum temp.	Optima	Fortunam promot Conjug felix	Plebeis & mulieribus utilibus	Menstruatim		□ ♂ ♃ ♀	Calid Seren temp.	Non attenditur	Mediocr vario modo	Nec prodest nec obest valde	Eod. temp.
♂ ☿ ☾	Humid vent.	Indifferens	Optima pro Ingenio	Itin et Societ. cum ☿ libus	Menstruatim.		□ ♂ ♃ ☿	Procell. temp. humid.	Inconst.	Non observatur.	Turbat Ingen.	Contentiones inter ☿les & ♂les.	□ bis mense & semel.
☌ △ ♄ ♃	Imp. bon. & contrar.	Non impedit	Felix itinera	Tranquil pacif fluctuos. ♈	Utercq. Ann. 20 bis		□ ♂ ♃ ☾	Serenum tempestuosum.	Pessima	Mediocr	Nec prodest nec nocet valde	Plebeis & peregrinantibus mala	□ bis mense & semel.
☉ ♄ ♂	Cal & temperat	Non curatur	B. & fel. ubique	Utilis ubique	Bis in Anno utercque.		□ ♂ ☉ ♂	Calid et siccum cum fulg.	M Diebus 2 Ante & post	Vt honor et occult mala.	Bella cum ☉laribus morb. et trist.	□ bis in Anno & semel.
☉ ♄ ☉	Temperat	Non observat	Fel. pro vita & honoribus	Generosis utilis	Bis in Anno utercque.		□ ♂ ♀ ☿	Pluv. copios & imbres.	Non curatur nisi in mult	Libidin facit mag. & apert.	Mulieris & partorient: nocet.	Eod. temp.
☉ ♄ ☿	Humid. Inconst.	Non attendit	Felix in genere	Mulieribus bona	Bis in Anno utercq.		□ ♂ ♂ ♃	Ventos et inquietum tempus.	Non observatur	Mores malos Ingen. dolos.	Literatis et Mercatoribus incommod.	Eod. temp.
☉ ♄ ☿	Humid. Inconst cum Vent	Nil impedit	Auget Ingen. & fortun.	Liter & mercatibus utilis	Bis in Anno.		□ ♂ ♂ ☾	Cal. cum Fulg	M valde	Vitæ oculi Conjug obstat.	Itiner. impedit plebi. nocet.	□ bis in mense & semel.
☉ ♄ ☾	Mediocre tempus	Nil obstat	Felix pro Ingen Conjug Vt &c.	Promovet actiones nil impedit.	Bis in Mense.		□ ♂ ☉ ☾	Variat pro ratione Signorum	Omnia impedit.	Nocet varie.	Nullas actiones promovet	Eod. temp.
☉ ♃ ♂	Seren cal sicc. cum fulg.	Nil impedit.	Optim vitæ & honoribus.	Temp. pacif & optatum	Biennio bis		□ ♂ ♀ ☾	Humid cum ventis	Nil obstat mediocr.	Conjugia impedit.	Oeconomiæ adversatur	Eod temp.
☉ ♃ ☉	Seren cal fulgur sicc.	Non curatur.	Vitæ & honor. perquam utilis	Temp. util. & recreativus	Bis in Anno.		□ ♂ ☌ ☾	Tempestuosum	Non considerat.	Ingen turbat. Itin. infel.	Itineribus contraria	Eod temp.
☉ ♃ ♀	Tempus gratum & laborem	Mulier felix	Omnibus rebus fortunata.	Oeconom & mulieribus utilis	Bis in Anno							

DE ASPECTIBUS BENEFICIS & MALEFICIS.

Quadranguli Oppositiq Aspectus ac Diametre, Tetragonaq Configurationes minaces sunt et nociue contra Triangulares ac Sexangulares benevole et adjutrices: quod cur fiat videamus. Radii sibi invicem adversantes, quum obviam facti, et alteri in alteros violenter impacti colliduntq seseq discordiam atq inimicitias excitant, inde Aspectus ipse noxius & hostilis est. Radii quoque Quadrangulares, tametsi adversis frontibq sibi non occurrunt, tamen e rectis Angulis progressi, et tanquam alteri in alterorum latera incursantes pereuntur seseq, dumq neutri videntq velle cedere, contentionem excitant quo circa & hæc quoq irradiatio minax est. Secus autem in Triangulorum Sexangulorumq contingit irradiationibq, siquidem radii ipsi nunquam sibi occurrunt adverso impetu, neq se interturbant aut tanquam e diametro ad latere atq ex invidiq invadunt, quinimo perinde ac Socii mixti seseq adjuti in aciem convenientes simul procedunt. Ex his configurationibus Trigona quidem atq Hexagona diuq convenientes, quippe quæ e generis ejusdem signis statuunt, aut femininis omnibq aut masculinis. Inconvenientes vero Diametre et Tetragona, quod pugnata ejusdem generis situm natura sunt. Siquidem signa influentia se e Triangulo aut Sexangulo convertunt. Aries enim Leo & Sagittarius sunt signa masculina: Taurus Virgo & Capricornus feminina. Idem in omnibq Triangularibq signis evenit. Eadem quoq Sexq convenientia jungunt sibi Sexangularia signa. Aries ac Gemini, Taurus & Cancer et sic deinceps.

ANNOTATIONES EX LIBRO RERUM NATURALIUM DOCTRINA
Not. Mstro Dicc. Aut. Guilhel. Scribonio

DE SPIRITUALIBUS REBUS deinde de Corporalis Simplicibus.

Physica est rerum naturalium Scientia
Res Naturalis est Essentia per se subsistens.
Natura omnis vel formata tantum est vel materiata
Formata natura est Simplicissima quæ per se solis formis seu proprietatibq abeq corpore consistit. Hujus generis sunt mentes siue Spiritus
Spiritus sunt Essentiæ formales rationales et immortales.

DE COLORIBUS.

Color is est Simplex vel mixtus Simplex qui e nullis constat aliis ut puta albedo et nigredo, albedo est color Simplex in corpore tenuiore multa luminositatis participans Nigredo autem est color in corpore crassiore exiqua luminositatis particeps. Mixtus color est qui e Simplicium contemperatione producit, mixtus vel exquisite medius inter Simplices vel alterutri rerum propinquior, medius est qui ex utroq Simplici sit ut Rubedo. Rubedo est color æquali simul albedinis & nigredinis combinatione constans. Alterutri extremorum Simplicium propinquior, qui ex alterutrisq

cum media rubedine commixtione sint. Ut flavedo color croceus
item viridis et purpureus. Flavedo est color e plurima albedine et
pauciore rubedine mixto ut sumantq duæ albedinis partes & una rube-
dinis. Croceus qui majore rubedine & minore albedine constat. Viridis
est color e nigredine copiosiore et Rubedine minore contemperatus.
Purpureus color est qui e multa Rubedine et pauciore nigredine com-
misceter.

De Solstitio & Aquinoctio

Solstitium æstivale est et Hybernum Æstivum Solstitium est Solis al-
tissimi ideoq diei longissimi determinatio contigit hoc nostris tempo-
ribus 12 vel 13 Junij in principio Cancri. Hybernum est Solis a nobis re-
motissimi ideoq diei brevissimi terminus Accidit autem in principio
Capricorni 11 vel 12 Decembris. Æquinoctium est vernale & Au-
tumnale Vernale contigit in principio Arietis 11 plerumq vel 12
martij tempore Veris. Autumnale quod in principio Libræ mense
Septembri accidit tempore Autumni.

De Luna.

Luna est Stella errans in ordine infima 27 diebus et Horis 7 metam
constitutam attingens, licet proprio lumine luceat maximam tamen
copiam sui luminis a Sole mutuatitiam habet. Pars ejus a Sole aver-
sa tota opaca est altera Solem ipsum respiciens luminosa est. Hæc
quidem tanta Solum portio conspicua est, quanta nobis observet. Ut
de diversis Corporis Lunaris apparitiones fluunt. Luminosa pars
Luna aut conjungit cum Sole aut ab eo digredit. Conjuncta Solis
radiorum Solarium: quod tempus dicit Novilunii
Digrediens a Sole magis magisq illustrata, iterum oculis nostris
apparet, Apparitio Lunæ v partialis est vel plena Partialis est tum
ante tum post oppositionem illa Crescens hæc decrescens Luna dici-
tur: Partialis autem omnis, vel minor est vel major. minor est
tum Corniculata, tum dimidiata Corniculata seu falcata Luna est
quando in Cornua excavata primum augeri incipit 4 cujuslibet
Mensis die, distans a Sole duobus signis sive gradibus 60 tempori
oppositionem die 26.

Dimidiata sive dividua Luna est circa diem plerumq Septimum
et iterum post Oppositionem Die mensis 22. cum tribus signis a Sole
aut gradibus 90 distat. Major Apparitio partialis Luna est gibbosa
aut protumida, quando pleno ejus orbi adhuc quidpiam deest, circa
diem 11. et post Oppositionem Die 19. quatuor signis aut 120 gradibus
a Sole distans.

Plena Apparitio Lunæ est cum diametraliter Soli opponunt circa
diem fere 14 quando plene lucens aut Plenilunium dicitur.

Hæc paulatim marcescens decrescit atq; imminuit, donec soli itend
conjugat id quod fit circa diem mensis 30. Interea temporis decrescens
appellat & specialiter quidem ijdem quibq ante apparitionem Lu
minibus.

Alectorius Lapis

Crystallini aut aquei coloris Alectorq est Lapis, in ventriculo Capi inve-
nit, Invenit maximus Fabæ quantitate Anno ætatis Caporum Nono, ra-
rius etiam quinto.

Lapis Carpionius.

Lapis Carpionius qui reperit in Pisce hoc nomine dicti fauabq forma
triangulari, colore cæterq candido intq autem subflavo.

Calculi Cancrorum.

Reperiuntq in Cancris ad Coagulati sanguinis dissolutionem & expul-
sionem et magna etiam in confringendo calculo vis insignis

ANNOTATIONES ex Physica Joan. Scharfii

De Actione & Passione Elementorum ut & de Contactu.

Actio nihil aliud est quam Assimilatio qualitatis sensibilis Agentis
ad qualitatem patientem transmutans Corpus motum forma acciden-
taria Et Passio Est Assimilatio qualitatis patientis ad qualita-
tem agentem sensibilem. Fit autem Actio et Passio per Contactum,
qui est vel Corporeus, vel Virtualis. Corporeus contactq est verus, et pro-
prie dictus Contactq; quando duorum Corporum Superficies simul
sunt et ita conjungunt, ut mutuo se movere & a se moveri queant
Sic ignis agit in lignum per Contactum Corporalem comburendo
illud. Contactus Virtualis ita dicit cum Virtq unius Corporis ad Su-
perficiem alterius Corporis pervenit: quo Contactu Sol calefacit
terram, & magnes attrahit ferrum.

Axiomata.

Generationes & corruptiones Elementorum non possunt fieri sine
Actione et Passione Quandoquidem necessario fiunt cum alteratio-
ne. Hæc autem nequit fieri sine mutatione qualitatum mutatio
qualitatum nequit fieri sine Passione. Et Passio omnis fit cum ad
Actione quadam. Ergo concludit Quod nulla generatio aut Corruptio
queat fieri sine Actione & Passione. Deinde etiam ut antiqui doce-
erunt: Generationes et Corruptiones rerum fiunt per congregationes.

2. Agens & Patiens debent esse quodammodo similia quo-
dammodo dissimilia. Non enim quod omnino simile est agit in simile
alioquin idem ageret in se ipsum, adeoq nihil incorruptibile & immo-
bile foret. Neq etiam quod prorsus & per omnia aliud et diversum est
agit in aliud, cum quo nulla ratione convenientiam habet, Aqui-

dem Candor a linea nihil pati potest aut linea a candore nisi
forte per Accidens Agunt ergo & patiunt a se mutuo quae Genere
conveniunt & differunt Specie, qualia sunt contraria aut inter
contraria media. Deinde constat quod agere sit passum sibi assi-
milare & pati sit Agenti adsimilari. Ergo agens & patiens non
debent esse plane dissimilia, vel prorsus Similia. Et denique omnis
Actio fit inter Contraria & cum hoc Agens & Patiens communi-
cat in materia modo contraria conveniant in Genere & differant
Specie. Autor Anonymus est Arist 2 de Gen.

3. Idem non agit in se ipsum nil se ipsum posse movere Aristo-
autem satis aperte colligit, nihil posse in seipsum agere: quandoquidem
dem si in se ipsum ageret per alterationem puta videlicet hic Sum-
Actio / seipsum plane moveret. Dicamus ergo necessum est, nihil
se ipsum agere. Intelliges tamen quod per se & secundum eandem
partem nihil in se ipsum agat & quidem actione propriè dicta, quia
videlicet non est pullulatio seu Emanatio quaedam quomodo aqua
se ad nativam frigiditatem revocat Nam per Accidens aut in ea
una pars integritatis in aliam agat ut cor in praecordia, aut denique
emanatione aliqua naturali, ut de aqua dictum est proculdubio ab
quid in se ipsum potest agere. Deinde etiam sin limitatus Actionis
Idem non agit in se ipsum, scilicet Actione directa, bene tamen
idem potest agere in se ipsum Actione reflexa.

4 Modus agendi sequit modum essendi unde dictum Philoso-
phorum Ut se res habet in esse sic etiam in operari. Nihil enim
ultra suam speciem aut proprias virtutes in Actionibus quit proce-
dere, cum pendeat operatio omnis a conditione ipsius Essentiae. Et
sic semper uti se habet Modus essendi, sic etiam modus agendi.

5. Omne Agens nititur sibi assimilare Patiens, sic ignis agendo
in aquam nititur sibi aquam assimilare per calefactionem dum ma-
lorem sunimum allaborat introducere in aquam. Omnibus rebus
innatum, quod se ipsas maxime amant, atq ideirco sic agent in re-
alias, ut eas res sibi similes efficiant. Alterans ideo alterat ut alte-
ratum sibi simile faciat, nec desinit alterari prius quam hoc com-
sequatur.

6. Omnis Actio fit naturae Contrarietatis. Non enim potest fieri
Actio inter omnino similia, cum Agens per actionem tentet sibi pa-
tiens adsimilare. Ubi autem praeexistit perfecta similitudo: ibi sane
cur & quomodo procedat Actio? Fit ergo actio inter diversa & Contraria
quae habent aliquam dissimilitudinem. Intellige vero, quod Actio

fiat ratione Contrarietatis non semper & consequenter Sic qualitates
primo activæ calor nimirum & frigg Secundario etiam agunt in pri-
mas passivas. scilicet in humidum & siccum. Unde omnis Actio fit
in Contraria & a contrarijs sive ratione contrarietatis.

7. Omnis actio est a proportione majoris inæqualitatis Agens enim
est et exsuperare. Alias si vinceret & minoris esset roboris, tum
non posset in aliud agere, sed contra id robustius et valentius ageret.
debilius vero illud pateretur. Et sic semper Actio unius in alterum fun-
datur in Excessu agentis Et qui vincit agit, qui vero vincit patitur
In undiquaq actio est a vincente, sive a proportione majoris inæqua-
litatis.

8. Omnis Actio fit per Contactum: Movens enim & Mobile debent
esse simul Atqui Actio & Passio se movent, ut Movens et mobile Ergo
debent esse simul quæ vero simul sunt illa nequeunt esse absq contactu.
Interim hi Contactus ad omnem Actionem est necessarius, non est Causa
efficiens, sed ut Causa sine qua non. Non quasi semper requirat Contactum
Corporeum, Sed sufficit, quandoq etiam Virtualis contactus. Sic Ergo dicimq.
quod in omni Actione patiens tangat, ab Agente ipso, vel saltem defe-
rente virtutem ejus, cum nihil agat in extremum, nisi prius agat in me-
dium.

9. Simile non agit in omnino simile. Simile autem est triplex: Quæ
dam enim sunt Similia tantum secundum speciem qualitatis, licet in
gradibus et secundum intensionem qualitatum sint dissimilia. Sic omne
calidum est simile cuiq calido, & ignis aquæ tepidæ. Quædam vero sunt
similia & secundum speciem et secundum ejusdem gradum, licet se-
cundum agendi vehementiam differant Sic ignis in ferro candente est
similis ei qui est in ligno vel stramine. Quædam denq sunt similia
et secundum speciem & secundum gradum, & secundum agendi poten-
tiam Sic duo ignes qui sunt in materia ejusdem raritatis vel densi-
tatis sunt sibi omnino similes Hinc notatis dicimq quod axioma
intelligendum sit non de prima similitudine. Sic enim similia
quo ad speciem tantum in se mutuo agere possunt, ita scilicet ut
illud quod est intensius & majoris roboris agat in debilius, et inten-
dat remissum. Et contra remissum remittat intensum Sed loquatur
axioma de similibus secundo & tertio modo dictis. Quando enim qua-
litates similes habent eandem naturam & eundem gradum, non pote-
runt in se mutuo agere Nulla enim ratio est cur hæc qualitas potius
agat aut patiatur & non illa. Multo minus actio procedet inter si-
milia, quæ in omnibus tribus istis Conditionibus conveniunt, quæ

nimirum similia sunt tum quo ad essentiam, tum quo ad intensionem, tum quo ad agendi vehementiam.

10. Inter Agens & Patiens solet esse reciproca actio, constat per experientiam. Qui manu glaciem apprehendit & manu refrigeratur, frigus glaciei agit in manum. Et contra glacies liquescit in manu adeoq; calor manus vicissim reagit in glaciem. Et sic inter Agentia & patientia est reciproca actio. Hanc autem Reciprocam Actionem vocant Reactionem, quæ nihil aliud est, quam retributa quædam mutatio, qua id quod patitur, renitit adversus agens et illud commutat, dum ab illo commutatur, adeo ut patiens agere et agens pati aliquamdiu videatur. Et hanc dari confirmat etiam ratio. Nam sublata Reactione ipsa tollet mixtio cum mixtio fieri nequeat, nisi Elementorum qualitates, mutua actione & passione fractæ & alteratæ ad quandam temperiem redigantur. Sciendum autem quod illa Reactio fiat secundum eandem Contrarietatem, & secundum eandem partem et secundum eandem qualitatem per se et primario. Illud constat. Nisi enim secundum eandem contrarietatem fieret Reactio non fieret mixtio. Non ni ignis ut aliquid tantum ageret & aqua ut humida eadem tantum ageret & non pateretur, calor et humiditas aquæ manerent in summo gradu, et proinde non fieret mixtio. Deinde constat quod omne contrarium per naturam & secundum se in suum contrarium, dum prævalens fuerit agat. Alterum etiam patet. Si enim perfecta debeat fieri mixtio, omnes partes Elementorum ejunt alterandæ & ad mediocritatem redigendæ. Tertium denique experientia convincit, ubi patet quod aqua calida & frigida opponantur solo calore & frigore et tamen a se mutuo patiuntur.

Reactio

11. Non omne Agens repatitur in agendo. Quæcunq; sunt agentia roboris a se invicem non patiuntur, per excessum autem vincunt. Notandum ergo est quod duplex sit Actio: Una inchoata et imperfecta, quam appellant Actionem, ubiq; Agentis victoria, qua Agens passum non totum immutat, sed aliquem labefactat, atq; aliquem gradum ipsi imprimit. Alia vero est perfecta & completa, quam vocitant Actionem cum victoria Agentis, qua Agens omnino, vel simile patiens redditur. Hinc jam dicimus quod in priore actione semper Agens repatiatur in agendo, et Patiens contrarium reagat in agendo modo sit in debita distantia et quantitate, et etiam fiat actio per contactum Corporeum. In posteriore vero Actione quæ est perfecta contrariorum qualitatis abolitio, non fit dati reactio. Nihil enim aliquid perficere potest destruere, & simul ab eadem destrui.

12 Non quidvis quodvis patitur Item non quodvis a quovis patitur utrumq; patet. Debet enim proportio esse inter agens et Patiens, quo ubi non est, ibi neq; passio esse poterit. Sic si Scintillam ignis mitteres in vas aqua plenum, ibi sane aqua nihil pateret ab igniculo, cum non sit proportio inter agens et Patiens Si etiam si guttulam vini vel fortissimi in mare destilles, nihil tamen ab illo vino pateret Aqua marina

13. Passio non recipit per modum Agentis sed per conditionem Patientis. Receptivum non recipit admodum imprimentis sed admodum Receptivitatis in Recipiente Nam idem movens eadem vi nequit eadem movere sed eadem potentia movebit diversa vario motu. Sic idem grave non erit aque grave mulo & muri. Et quid? attende lignum aridum et viride, & facile intelliges quomodo passio recipiat secundum proportionem Patientis. Ecce enim lignum aridum et viride ad eundem ignem adponat, sintq; ejusdem quantitatis, ibi sane apparebit magna diversitas in Recipiendo. Aridum enim citissime incalescet flammamq; concipiet, viride autem lentissime incalescet et non nisi longo tempore igni reddet simile per receptionem flammæ. Et hoc scilicet inde est quia non est par dispositio in Patientibus, & pro diverso modo & varia dispositione diversimode recipit virtus activa ignis. Sic dicendum de Vulneratis sic de medicamentis aliis que in eodem morbi genere diversis hominibus prosunt. Et hoc tandem unde constat quomodo Passio recipiat non per modum agentis vel imprimentis, sed secundum Naturam & Capacitatem patientis.

De Alteratione ejusq; Dispositionibus.

Alteratio similiter est affectio et proprietas corporum Corruptibilium et Sublunarium: et primo (sicuti omnis transmutatio) sint Elementis Elementa enim non modo habent vim in se mutuo agere, et a se mutuo pati, sed etiam se mutuo alterant, & a se mutuo alterant, Quandoquidem eo ipso quo in se invicem sunt Activa & passiva, sunt etiam inter se alterabilia. De alteratione igit hic in Doctrina Elementorum recte agit. Alteratio est mutatio, in qua eodem remanente, alia qualitas acquiritur, vel abjicit: ut quando aer in hypocausto calefit cum ibi idem aer maneat, in illo autem alia qualitas

acquiritᵗ. Calor enim accedit per illam calefactionem frigus aufertᵗ ex aere ejusᵗ, et sic dicitᵗ aer alterari. Similiter manᵍ alterari dicitᵗ quando e calida fit frigida.

Axiomata.

1. Alteratio est nobilissima motus species. Cum enim Nobilitas motus spectat ē termino ad quem. Hic autem in alteratione est qualitas. In accretione vero est Quantitas & in latione Ubi. Hinc ergo qualitas præstat quantitati & ubi etiam alteratio præstabit accretioni et lationi, seq dicitᵗ nobilissima motus species. Intellige vero speciei motᵍ propriè dicti: Ubi Generatio non est species motᵍ. Aliàs late loquendo etiam generationem vocatare velimᵍ speciem motus tum sane generatio nobilior esset alteratione. Cum generatio minus sit Substantia, Alterationis solum accidens. Sed cum propriè loquendo generatio non sit motᵍ, recte dicitᵗ quod alteratio sit nobilissima motus species.

2. Alteratio est motus ad qualitatem sensibilem. Est enim mutatio qua eodem manente sensili subjecto aliqua qualitas acquiritᵗ vel abjicitᵗ ut tri aqua fit alteratio cum ē frigore transmutat in calidam. Et in hoc distingᵗ a reliquis motᵍ speciebus quæ ad alios diversos terminos progrediuntᵗ. Accretio enim est motᵍ ad quantitatem. Latio est motus ad ubi. Sola vero Alteratio est motᵍ ad qualitatem & quidem sensibilem. Illa namᵍ mutatio continua quæ non incurrit in sensum, non est vera alteratio, ut quando virtutum habitᵍ intenduntᵗ, non ibi censet alteratio propriè dicta, cum ibi non sit motᵍ ad qualitatem sensibilem.

3. Alteratio versat in qualitatibᵍ contrarijs. Ut enim omnis alio et transmutatio fit ratione contrarietatis, sic et etiam alteratio versat in contrarijs passionibᵍ necesse est. Sit calefactio versat inter frigus & calorem a frigore enim incipit in calore vero tandem termino ad quem desinit.

4 In Alteratione remanet idem subjectum sensile non enim totum subjectum transmutat per alterationem, sed saltem ejus accidentia. Quippe alteratio est motᵍ secundum qualitates, ut in secundo axiomate monuimᵍ. Sic secundum alterationem corpᵍ et sanum est et ruens laborat idem tamen manens. Sic ac quandoᵍ rotundum globus autem regulare est idem existens. Sic cum omnibᵍ alterationibus semper idem remanet subjectum sensile saltem mutatis et va-

riatis qualitatib; in illo

5 Alteratio est tamen & via generationis Cum enim per generatiõnem producat forma substantialis debet sane materia ad illam producendam preparari Preparatio autem ista est alteratio. Eg. Quando ignis nititr generare in ligno similem ignem, ibi primum illam materiam, lignum nempe preparat & calefacit per alterationem, donec tandem post sufficientem calorem introductum nova forma ignis in ligno resultet. Et ita alterationis proprium est precedere generationem materiamq; ad formam dum receptiõnes preparare Licet autem non omnem alterationem semper subsequat generatio Sufficit tamen alteratiõnem ad generationes instituto Natura tanquam ad finem ordinari.

6. Alterans ideo alterat, ut alteratum sibi simile faciat, nec desinit alterare prius quam hoc consequat, nisi ab externa causa ei modum statuas. Et dictis quod omne agens nitat sibi assimilare patiens Ita natura & alterans per appetitum innatum, quo sese tuedet conservare et multiplicare allaborabit alteratum sibi simile facere Et quia est agens pure naturale ad extremum etiam suarum virium extendet ut sibi illud assimilet nisi per accidens, a fortiore agente externo inhibeat. Sic ignis ideo aquam calefacit, ut eam sibi quam simillimam reddat, eandemq; tandem plane convertat in ignem, nisi impediat ejus actio & intrinsece ipsi modus statuat. Sic ignis cibum plane combureret, nisi Coqui ignis vires impedirent. Sic frigus hominem necaret nisi vestes resisterent.

Chelidonii Lapis ejus Virtus.

Chelidonij lapilli est exiguus in ventriculo pullorum hirundinis crescens. Reperit autem in pullis primo parto eadem tempore novilunij si bini fuerint, alter plerumq; rufo alter nigro colore cernit. Probatissimus est si unicus tantum adsit in avis gutturis insignis Rufus presertim sub sinistra axilla in linteolo vel corio bubulino gestatq; maniam Item Epilepsiam & Lunaticos curat, et gestantem omnibus gratum & acceptum facit.

Populus Arbor.

Populus arbor Complexui ejus est temperate calida & humida Hinc conficit unguentum Populeonis, quod tempore veris exundante Resina optime parat Populus nigra. Ejus ramuli manu detenti prohibent lassitudinem & defatigationem tum pedum tum manuum in itinere. Gemmi arboris tritum et assumptum profluvia alvi prodest.

ANNOTATIONES MEDICINÆ RECTO RESOLUTA Henr. Schevendm

Quid est Generatio & Corruptio?

Fluxus sunt seminum, quæ diem fluunt augent, minuunt vero dum refluunt. Hinc Crucias nostros morbos omnes, nihil aliud esse quam motum quendam præternaturalem Corporis nostri Compagem solventem ac dirimentem.

De Mercurio Philosophorum.

Mercurius est Spiritus invisibilis æthereus, ignis naturæ Corporis humani impalpabile lumen, omnium actionum motor et Rector, affatu suo invisibili omnem motum perficit, omnes actiones suæ materiæ moderatur, cujus proprium est moveri et vitam elargiri. Quod si numquam 1 mutationum potestate epis motu inhibeat debilitet vel abstulerit perfectio summa materiæ producit.

2. Mercurius destillatus Aqua vitæ ignis æthereus pabulum ac nutrimentum, verum hic virgineum, humidum radicale seu primigenium, primum et maximum generationi subjectum, dulcis liquidus varius permeabilis, suo madore ac rore partes sui Corporis seu materiæ irrorat madefacit ac reficit. Hic si permutationum gradus summas vires summas potestates consequatur repentinam minatur mortem.

3. Mercurius Sublimatus, radicalis humidi Spiritus acutus permeabilis penetrabilis aerea flamen subtilissima vivifica et spirituosa invisibilis est Substantia, est proximum Actionum perceptibile instrumentum caloris siccitatis levitatis tenuitatis splendoris perspicuitatis diaphanitatis, spiritualitatis labrum & flabrum. Hic si minimum irritet quicquid sent pungit et dolore premit.

4. Mercurius Præcipitatus Spiritus æthereus vere aerinus acidus acris vehemens incombustibilis, ignem externum calore vincit et est totius Universum fermentum vivificum, a quo omnia fermentant et conditurtur, instinctu dissolvendi et contrahendi facultate obvia quæque confringit ac dirimit validissimas et durissimas Solis et Lunæ Portas reserat. Hi sunt illi Spiritus qui excitant et vitam & post assumptam alimenti et ciborum materiam, confestim aliam novam appetunt, quam attactam, acida sua et mordaci solvendi & conterendi potestate confringunt: quæ dissolutio et contritio vocat illum cætera cuncta dissolvant Congelationes seu indurationes vincat patiuntur. Quoties enim a suarum functionum officio impediunt et exacerbant & præcipitant siccas Congelationes maximo Cruciatu

extremis membris sine tamen exulceratione infligunt Unustamen et solo est Mercurij Spiritus, nec aliam habet differentiam licet variis cognominibus insignitus ratione diversarum proprietatum qualitatum operationum et potentiarum in conspectum productione rationis causa.

Manna Mercurii

Mercurius Sublimationum cohobijs elevet donec in fixam substantiam ut Crystallum abeat. Hoc sub Solis Eclipsi, vel Spiritu primi bregetabilis per repetitas distillationes et digestiones in oleum dulce volvito, solutum cum Ale conjungito ut fermentum ejus hoc speciem fiat et coagula juxta Hermetis preceptum.

Actio

Actio ninquam est sine motu, vel melius loquendo Actio et motus unum idemq sunt, undecunq in quiete est cum sine actione est, et se movere incipit tum cum actionem inchoatur. Sic secundum tres agendi modos, tria in rerum natura reperiunt motus genera. Primum fit sine sensu et ratione, quod videmus in lapidibus metallis Plantis & Calis. Secundum motus genus sensu & cognitione fit, quemadmodum in omnibus animalibus videmus. Tertium denique sensui rationem adjungit, quemadmodum in homine, in Ideas agente observamus, qui sibi proponit, bonum inter & malum distinguit, libertatemq diversa Objecta ejus oculis oblata, amore aut odio prosequendi obtinet.

Quemadmodum Actio revera non est distincta a Causa agente nec ab effecto quod produxit, sic nec motus differt a re mota, aut aliam in. de movente sed utrumq est, prout status variant, aut quiescere desinunt, quod a Creatione nunquam fit sine motu quodam locali illorum, aut ejus partis cujusdam, sic Idea quietis mutationis & actionis aeque ac motus Ideae opponitur. Aut Scint. Romain.

ANNOTATIO. VI. 62 Physica Aut. Scint Romain

Agri cur sterescent, steriles unde? & quomodo fertiles reddantur?

Frumenti granum quod semen est in terram conjectum ubi putrescit & dissolvitur a menstruo acido in se spiritum continente, cujus atomi sunt partim ejusdem naturae cujus sunt Spiritus seminis aut saltem satis subtiles ad penetrandum in vacua corticis grani & spermatis, quibus spiritus seminali ineludit, qui sic valuero suo per has aperturas dilatato, se arcere quo detinebat, liberat, et atomi sive corpuscula Originalia se invicem propellere incipiunt, ipsae propulsae ab atomis acidi, vel Spiritu dissol-

vente, qui primam in ludo personam egit et motum suum ab
ijs recepit. Quicquid enim movet ab alio movetur, et sui successive par-
tes mundi, particulæ corpuscula et atomi se mutuo pellunt, et hic
cum mundo incepit, et ad finem usq durabit, cum Deus omnia fi-
get, omnesq generationes desinet.

Spiritus usq seminales adeo soluti et a spiritibus addi libertate d
nati, ab ijsdem adhuc propellunt et presti in altum assurgunt et cu
lem formant cum calmo ad modum tenui per concursum salis alca
quilinio rum et atomorum solutarum ex corruptione et divisione co
porum maxime vicinorum, quæ commodum occurrunt aut convolu
prope illum locum in terram injecta sunt, ut frumentum meliu
tritum vel majore copia habeat, id quod probe norunt agricolæ qui
hanc ob causam segnes stercorant et stipulas comburunt.

Quod si grana sua macerare vellent in aqua dissolvente vel e
agros suos irrorare, nulli reperirent tam steriles qui non deveniret
fertiles, nec parum oblectamenti ex frumenti copia perciperet a
gricola indeq nostrarum principiorum & experimentorum veritas
elucesceret.

Aqua stillatitiæ quomodo fiant.

Aquæ species quæ dicit destillatæ, quæq alembicorum ope ex omni
genii simplicibus eliciti quod ut fiat, aquæ particulæ quæ plantis
insunt sese liberant, et sub forma vaporum in altum pellunt, qui in
capitellum impingentes incrassant coarctantur et in exiguas aquæ
guttas condensabitur, quæ per alembici rostrum descendunt: hoc m
do pluviæ oriunt in terram decidentes. Et hinc addiscere possumus lo
pores non esse nivi aquam rarefactam, & in natura continuam fieri
circulationem, dum aqua ascendit descenditq vaporum forma assen
dit et nubes componit & in pluvia & rore decidit.

Remedium ad phthisim.

Experientia docet Aranearum avellanis inclusam et collo appensam
pulmonicos et phthysicos curare.

Arbor Diana quid et quomodo fiat.

Sume argenti Capellati Unciam unam eiq in matracio superfundunt
aquæ fortis Unciæ tres, haeq in cineribus calidis relinquent usq dum
argentum in aquam conversum sit, Deinde novem Unciæ argenti vi
in ternas divisæ in tria immittunt matracia vel vasa securig qui
bus affundit primo aqua calida ad quatuor digitorum altitudinem
ac deinde solutio argenti, ratione nimirum habita singulorum vas
rum, materieq in ijs contentæ, quæ deinceps per noctem in tenebra
collocant, ac mane in quodlibet vasa Arbusculæ conspicuæ, trunco et
ramis rite distincta. Arbores hæ procul dubio fructu etiam suo ferrent
si eas nos semq irrorare aqua sui generis, et in aptam terram tran

plantare.

Commercium inter Corpus demortuum Hominis, et Spiritu vitales ejusdem, operantes.

Minimas partes vel Corpuscula, quae a Corpore procedunt, mortuo et corrupto corpore etiam ipsa corrumpi, & cum atomis ejusdem Naturae commereio conjuncta, alliciendo id agere ut jungant et coeant. Hoc Experimentum quod quivis capere potest. Notum est qui vestem induit vel tangit in eadem relinquere odorem suum, idest Corpuscula quae ab ejus corpore procedunt et partem ejusdem constituunt, & horum Corpusculorum beneficio Canis Strophiolum, pileum, vel vestem Domini sui inter Decies Mille ejusdem generis alia agnoscere potest: Hoc Supposito si homine ille mortuo vestis vel pallium de mortui in Armarium vel Cistam bene clausam mittat, primis et succedentibus diebus ibi Corpus sepultum putrescere incipit, strepitu consideratione dignus, et turbae in Armario vel cista existunt, quae terrere homines & plures alios possent: Et hunc strepitum Corpuscula demortui Corporis, a succedentibus attracta motu suo inter vestes excitant: Et cum haec attractio in recta linea fiat, & corpuscula illa non nisi obliquo ductu per asperos transire possint, lignum vim patiens ac si romperetur crepitat. Quivis hoc experiri et cognoscere potest An hoc Experimentum ab aliis factis verum sit nec ne: Hinc apparet invisibile illud vinculum partium cum Corpore a quo processerant.

Ad Verrucas.

Recipe frustum Vitulinae vel alterius carnis ex macello et cum eadem Verrucas in facie vel manibus alicujus frica, ac postea illud in Sterquilinium conjice vel sepeli, & prout illud putrescet Verrucae decident.

De Magnete Albo

Nil dico de numismatibus Talisman dictis, felicitatem portatoribus procurantibus, sed de Magnetibus albis, omnium gratiam & amicitiam personae amatae conciliantibus. Naturali virtute id operantibus.

Plantarum Mors in quo consistat.

Plantae ut alia viventia moriuntur, sed illarum mors plurimum differt a morte animalium, quandoquidem organicae partes in illis non perinde ut in animalibus apparent, nec Planta tam facile quam animal moritur. Etenim Planta quae ex terra evellitur nondum mortua est, Vita ejusdem durat, usq ad extremam exsiccationem, vel Evaporationem humidi radicalis quod omnes vitae Spiritus continet: Et si Planta calcinetur vel in Cinerem redigatur, pars Spirituum in cineribus permanebit. Lixivium

enim fructum, vel extractum sibi omnem Plantæ saporem refert &
ubi humorum illud a nocturno frigore congelat in ipsa glacie exacta
Plantæ figura apparet.

Sed quod magis observandum est in eo consistit, quod Plantæ in Spi-
ritu exsiccatæ & in aquam particularem cujusq; virtutis universalis
missæ pristinum suum virorem, folia et flores recipiunt. Proculdubio
in hac exsiccata Planta nonnulli vitales spiritus occlusi fuerunt, qui
ab hujus aquæ spiritibus relaxantur. Vel vitales spiritus exhalan-
tes loci sui cessarunt, succedentibus in illorum locum aquæ, de qui-
bus agit, spiritibus. Hæc aqua spiritibus vitalibus dotata est qui repa-
re illorum locum possunt, qui in nobis exhalant. Et hoc solo rem-
dio prolongari vita & reparari ruinosa senectutis damna possunt
replendo vacuitates radicalis humidi quod dissipatur sed in quibus
ubi hæc est Aqua? In lumine reperis et certe non alibi. Hæc Aqua
verum Elixir vitæ & Universalis Medicina veterum.

De Coloribus Anton Vidi

Pigmentum violaceum.

Pictores cæruleo modicum rubrum addentes violaceum pigmentum
parant.

Pigmentum Viride

Cæruleo & Luteo Viridem colorem efficiunt Pictores et Infectores. Lu-
teo colore quo glastum tingit superinducentes Lysimachiam, quæ
sola flavefacit egregie vorefaciunt.

Prognosticon de Die Conversionis S Pauli

Clara dies Pauli bona tempora denotat Anni
Si fuerint nebulæ pereunt Animalia quæq;
Si fuerint Venti designat prælia Genti
Si nix aut pluviæ, designant tempora cara
ANNOSA ZACHARIAS CAPIT SOMNOS NARRANS LIBERALIA Stu. Davidsonn.

Actio inter similia qualia.

Similia primo modo possunt inter se agere ita ut illud quod est inten-
sius intendat remissum & contra remissum remittat intensum, qua-
triaria fiat actio, non tantum extrema inter se mutuo agent et patient
sed etiam media & extrema, Nam etiam ex medio id contrario hi
mutatio Remissum obtinet locum alterius contrarii. Quoniam autem
agens et patiens genere quidem eadem et similia specie vero dissimilia
talia autem contraria sunt manifestum est quod activa et passiva, ut
invicem sunt contraria & media Idem etiam experientia probat quæ
invenimus, id quod minus calidum est, a calidiore fieri calidius & contra
Aquam tepidam infusam aquæ fermentissimæ, ejusdem calorem re-

mittere et perpetuo ex intenso cum remisso composito resultare tertium quoddam intensio remisso & remissio intenso.

II. Inter Similia secundo modo nulla fit actio Nam cum secundum speciem & gradum Actum primum, in quibus qualitatum natura consistit, et ad quae tendit mutatio hae qualitates sint similes nec specie differant, et proinde non sint contraria nulla etiam inter eas fiet Actio. Omnis enim Actio fit inter contraria, et omne agens agendo cupit sibi simile reddere patiens, eandemq ipsi naturam & actum tribuere Praeterea cum agere praesupponat esse: nihil quod potentia aliquid est ad Actum perduci potest, nisi ab eo, quod Actu tale est. Quapropter calidum ut quatuor, et si intendi potest ad plures gradus, tamen a nullo intendi potest nisi ab eo quod plures quam quatuor gradus caloris obtinet. Experientia etiam nostra apertioni suffragat Sint enim v.g. Duo Corpora summe calida unum majs et densis, alterum minus et rarius, illud operatur quidem vehementius, neq tamen agere in hoc potest, quia ante jam summum gradum caloris obtinet.

III. Inter similia tertio modo etiam nulla datur actio ut dicit Arist. Manifestum est tum contraria tum quae inter ea media sunt inter se mutuo agere & pati.

De Rerum Naturalium Consensu & Dissensu.

Ut omnium Actionum Causa prima formae sunt, ita etiam propter formas omnium rerum naturalium est Consensus et dissensus, atq alia vere amice appetunt & uniunt, alia vere aversantur et fugiunt. Similia enim maxime appetunt unionem, Quod enim non est unum, nec est quidem ens quod est a suo simili separatum, videt et illud defraudare, & ipsum ab illo defraudari Essentiae quasi complemento. Neq enim duo ignes dici sunt, sed ung dimissus. Cum ergo res quaelibet sui conservationem postulet, eam consequit cum fuga contrariorum tum motu ad similia & similium attractione Hinc ignis igni unitur aquam vero ut contrarium fugit, & contra Hinc aqua in aerem vel pulverem effusa vel sparsa vere in guttulas globosas cogit, ut se a terra & aere tueatur. Hinc parva flamma a majore velocissime attrahit aut minor ad majorem movet.

Diversum sentit Hieronymus Fracastorius Negat enim ob similitudinem rem unam ad alteram moveri, ut illi uniat, et conservet, ideo quod par separata neq per cognitionem neq per naturam moveri ad consimilem possit. At non cognoscere manifestum putet. Verum ridicule ratione:

Nam ut appetitus quidam naturalis, quem vulgo in-

stinctum naturalem vocant dat; ita etiam dat cognitio aliqua naturalis a sensu & intellectu distincta. Nihil enim potest aliquid appetere ut gratum vel fugere ut ingratum, nisi cognitione aliqua naturali illud gratum et sibi conveniens, hoc ingratum & sibi inconveniens esse cognoscat. Nihil enim appetit, nisi quod prius agnoscitur. Hac cognitione Planta alimentum sibi conveniens agnoscunt appetunt & ad se trahunt, quod vero sibi conveniens non est relinquunt, postquam attraxerunt aliud in corticem aliud in fructum convertunt. De quo Hipocrates. Quæ crescunt & serunt, quando in terram veniunt, attrahit unumquodq; quod secundum naturam sibi familiare in terra inest. Est autem acidum & amarum, dulce & salsum & omnigenum.

De materia rerum naturalium.

Ut Deus omnes formas creavit, ita ijs etiam materiam cuiq; formæ dedit, et ut rerum viciſſitudines sint & aptæ semper variis formis materia, Deus Cœlum & Elementa creavit. Cœlum quidem ut in suo fluxu generationes rerum inferiorum foveat & gubernet. Elementa vero ut corpora simplicia, quæ actionibus suis viciſſitudines generationum & corruptionum promoveant, tum etiam materiam viventibus corporibus præbeant.

An autem præter Elementa adhuc alia corpora simplicia dentur quæ viventibus materiam præbeant non imminuto dubitat; Nec enim firma dat demonstratio omnia Corpora habere suam formam ex Elementis. Natura est quinta, longe alia quatuor Elementis obtinens. Et omnino mirabile quid est spiritus ille animalibus & plantis insitus, qui primum est in exigua seminis quantitate, deinde a sanguine in prima fœtus formatione affluente & postea alimentis quæ assumunt in magnam molem auget totumq; corpus vasti etiam animalis pervadit illudq; ad finem vitæ usq; vegetat & calefacit. Ut etiam in spiritibus e plantis parabilis patet.

Dari in plantis et animalibus formas ab anima distinctas pro ea propriam animantem subjectum constituendum pertinent, satis quæ docent mirabiles actiones quæ in plantis emortuis, ut & partibus animalium mortuorum in medicina quotidie obviæ sunt. Cum omnis actio fluat primario a forma hæ autem actiones nobiliores sint quo ut a formis Elementorum seu simplicium se invicem mistorum provenire possint necessario præter Elementorum formas alias dari oportet a quibus hæ actiones proveniunt, quas tas Quintam Essentiam dicere et corpus cui illæ insunt nominare non debeam, causam non

iam video.

An dentur Qualitates occulte & Agentia a tota Substantia

Dari autem qualitates occultas et actiones a qualitatibq occultis é duobq in primis patet. Primum est quod Actiones multæ in rerum natura dant, quæ toto genere ab Actionibq elementorum discrepant Alterum est quod ratio et modus agendi rerum occultis qualitatibus agentium longe alig est quam Elementorum.

Primum quod attinet quæ sint Elementorum Actiones, notum est nimirum calefacere, refrigerare, humectare & siccare, & quæ has consequuntur rarefacere densare &c. At actiones in rerum natura longe alias ab his dant. Magnes trahit ferrum, felis cista inclusa nonnullos ita afficit ut in lipothymiam pene incidant, medicamenta purgant varios humores. Et quanta exigui veneni pestilentia contagio illati sit vix multi suo malo experiunt. Iisdem venenis non calefacientia, frigefacientia, humectantia, siccantia, sed solum qualitatibq occultis agentia medentur. Et infinitæ ejusmodi actiones in rerum natura passim occurrunt.

Deinde modus agendi in Elementis ab his quæ occultis qualitatibq agunt longe diversus est. Elementa enim ut vires suas exerant, putam sui corporis molem requirunt neq vires suas in extraquo corpore exerere possunt. Si enim flammæ calidq est ignis nix summe frigida, si quod horum prorsus exiguum est, nullum evidentem in corporibq nostris excitant effectum, imo ne ista magna copia talia vel calida vel frigida, ut piper nix aqua frigida hominem non enecant. Præterea eadem tam subitas in corpore mutationes non efficiunt, at venena quædam in minima quantitate hominem enecant v. gravissima symptomata excitant.

Quibq rationibus moti doctissimi viri, alias præter elementa res qualitates plurimas in rerum natura dari agnoverunt et docuerunt

Amicitias quasdam pugnantiasq qualitatum omnibq rebus insese ac quod familiare est, expedite assimilari, quod vero contrarium est ad interneciónem ducere tum animalia tum Plantas: præterea similaritates eas a totig Substantiæ proprietate oriri.

De differentiis Qualitatum occultarum

Primo sunt occultæ Qualitates, quæ materiales dici possunt, quod

sc̃per cum Materia & subjecto in quo generata sunt propa-
gant et extra id non sese diffundunt, et quamvis se in alia corpo-
ra in longum diffundere videant, tamen id fit per atomos et mini-
ma corpuscula, quae a corporibus e quibus fluunt, non nisi magnitu-
dine differunt et eandem essentiam qualitates et vires cum ijs pa-
rent Tales sunt qualitates omnes illae occultae, per quas morbi conta-
giosi in alios diffundunt, id quod in lue venerea Elephantiasi pe-
stilentibus et peste ipsa accidit. In talibus enim omnibus a corpore
egro minima quaedam corpuscula effluunt, quae ab alijs corporibus
recepta similem in ijs morbum excitant. Neq enim talia species ip-
sae quasi radijs continuis promoti sunt, sed minima corpuscula
quae inordinate per aëris motum & ipsa moventur. neq quilibet
vel pede vel lue venerea v Elephantiasi infirmi nisi quibus ab alijs ejus
modi corpuscula accepit.

Deinde sunt Qualitates occultae, quae species spiritales men-
to appellantur, quod quasi radijs continuo promoti a corpore suo ef-
fluunt in orbem diffunduntur, & suam certam activitatis sphae-
ram habent, & quaedam etiam per corpora alia penetrant. Alia ma-
gnes etiam tabula interposita ferrum trahit. Canis per januam o-
dorem qualitatum harum beneficio herum praesentem agnoscit.
Id quod priores qualitates materiae adhaerentes praestare non possunt.
Neq enim aliquis morbo contagioso laborans, aliam per januam ali-
am inficere potest, cum minima illa corpuscula per eas transire
non possint.

Tertio & alia adhuc qualitatum occultarum est differentia a
paucis omnino adhuc notata, quod scilicet quaedam qualitates spiri-
tales quae ab alijs rebus effluunt in quibusdam corporibus recipiunt
& ab ijs recepta eandem quae priores vires habent. Sale quod in mu-
riate observat. Ejus ejus enim vis a ferro recipit, unde et ipsum
ferrum trahendi et versus polos movendi vim accipit.

Quarto etiam distinguunt qualitates occultas effectus ratione ge-
alias Sympathiam alias antipathiam excitant, quarum exempla pa-
sim tota natura suppeditat

Quinto est quaedam differentia quam tangit Galenus 6 epid. lo-
cat 5. Ubi ea quae ex totius substantiae proprietate in quatuor genera
distinguit, in Alimenta Medicamenta, Deleteria & alexipharmaca
quibus comprehendunt omnia, quae in rerum natura consistunt,

Minerali et Lapides, Plante animalia Et quidem alimenta quid attinet omnino inter Nutrimentum et quod putrire debet, quedam similitudo et Sympathia intercedat necesse est quae non solum consistit in qualitatibus primis et earum temperamento sed etiam in tota Substantia et qualitatibus occultis, quod vel ex eo patet, quod vi venium omnium non unum sed varium alimentum est. Genimi Plante variae in eodem agro sitae singulae suum alimentum attrahunt. ut Hipocr. docet. Quae crescunt et fiunt quando in terra reperiunt attrahit unumquodq quod secundum Naturam sibi familiare in terra inest Et autem acidum & amarum et dulce & salsum & omnigenum. Eadem ratio est in animalibus. Quaedam hominis venena sunt quibusdam animalibus nutrimentum sicut testudinis Coturnicum veratrum & Cicuta Struthocamelo, Ciconiis rana, Serpentes buforum. Imo inter homines reperiuntur qui certis cibis delectant contra ab alijs plane abhorrent.

Medicamentorum vero vires plerumq ab occultis qualitatibus proveniri extra dubium est Purgantia vires suas exercent per occultas qualitates. Eodem modo occultis qualitatibus agunt medicamenta Specifica & singulis partibus propria, Amuleta item et quae extra corpora quocunq modo applicata prosunt vel nocent. Pertinent huc odores suffitus et occulta illa effluvia quae cum hominem cum animalia afficiunt, sicut notissimum est, canes horum et ferarum vestigia odorata legere & non nullos feles etiam quam non videant praesentiam ferre non posse ut antea dictum & alijs quae visu vel auditu sese mutuo afficiunt. jam rendiram.

De Venenis res manifesta est occultis qualitatibus agere & eorum remedia satis docere possunt.

Eadem ratio Alexipharmacorum est quae venenis opponuntur Et proinde sicut Venena non manifestis sed occultis qualitatibus Corpori nostro inimica sunt ita haec venenis itidem non manifestis sed occultis qualitatibus adversantur.

An data Atomi tollat Alteratio Greg. Pymmang:

Actio in naturalibus qua fit mediante atomorum communicatione et receptione, omnem videt alterationem tollere Nam licet alteratio, mutatio est in qualitatibus, seu motus secundu qualitatum Arist. 5 Phy. text 18. tamen haec mutatio omnem excludit subjecti propri communicationem, sed fit in certo subjecto, quando illud citra sui vel formae suae destructionem, aliud agens recipit vel admittit. Hoc non alienum ab ipso Aristotele Nam primo l. 1. de gener. et alterat. 23 dicit: Alteratio

est quando manente subjecto sensibile expediat transmutetur in
personibq. Generationem definit quando totum transmutat non
manente aliquo sensibili in subjecto eodem. Ergo si totum non trans-
mutet sed sub sua forma maneat, ut aqua ab igne calefacta, nul-
la est generatio vel corruptio sed alteratio, licet aqua calefiat per-
ceptionem partium igniarum.

Secundo alterationem dari humidam nullibi negat Aristoteles
sed bene multis in locis innuit idem Arist. ut 1 Phys. text 11 & 16.

Interim nullum humidum sine corpore esse dicat satis apte et
clare Lib 2. ubi haec habet Humidum autem nullum sine corpore
sed necesse aquam esse aut habere aquam Ergo ipse Arist. concedit
quandam alterationem nempe humidam, quod tamen non fiat formali-
liter vel Idea Corpore vel subjecto nempe primo humido communiat.

Quapropter quia Aristoteles Alterationem simplicem contra di-
stinguit a Generatione et generationem fieri in forme mutatione
docet. Alterationem autem qualitatis mutationem statuit extra
formae substantialis mutationem Recte omnia Corpora, quae aliqs
novas qualitates acceperunt, citra substantiae vel formae vel ut Ari-
stoteles loquit totius mutationem dicunt alterata, sive illa altera-
tio contingat per qualitatis formalem impressionem, vel per commu-
nicationem cati subjecti qualitatem inducendam possidentis.

Ampliando ergo hoc modo terminy erit alterationis & statim
omnis difficultas cessabit.
Imo haec Doctrina Medico necessaria est ut in annotatis ad proximum
capita illa quae de intempestivis speciebq Capitis simplicibq agunt
dextendimy et adhuc clarius demonstrabimy.

Hoc loco obiter notandum quamvis qualitatis formalis impressio effici-
re videat doctrinam Atomorum. Vide quid immerito dubitat an
detur Sane actu calida applicatis frigido refrigerant ut manus ca-
calida admoto ferro frigido refrigeret. Dubitabis autem quomodo
hoc fiat Etenim Atomorum frigiditas communicationem loci hui
non habet. Ex tam duro enim corpore nihil aquei vel frigidi resilit
et Corpori contiguo communicat Ergo puto refrigerationem illam
fieri propter impulsionem calidam partis in manum saltem a
contrario frigido adeoq alterationem illam fieri privatione partis ca-
darum materialiter i.e. manum calidam contentam quo modo Cardi-
ni quoq fuit cum disputat frigiditatem esse privationem Caloris. et hoc
modo explicatis non video cur absurdy sit dicendus. Interim nos frigi-
ditatem in se consideratam qualitatem esse non negamy Ita

De Mistione.

Et si multi docti Peripatetici & Medici sint, qui longe sublimius de rerum generatione sentiunt, nec in rerum constitutione saltem ad elementorum pugnam, sed in primis ad formam cujusq specificam respiciunt &c. tamen quidam etn Elementis immersi sunt ut nihil ultra illa sapiunt, ut non solum de metallis quæ plurimi quidem sed male tamen pro mistis simpliciter habent, verum etiam de Animalibz omnibz præter hominem non nulli scribere ausint, ea justa animam & corpus materiam & formam ex Elementis quatuor orta esse.

2. Et ut jam saltem de mistione quid nobis est propositum dicamz primus audater mihi pronuntiare videt Crasty disp. 2 contra Paracel. pag 196. Qualitatem in tota Universitate hac rerum reperiri nullam quæ admota sibi corpora tota alterare possit extra caliditatem frigiditatem humiditatem siccitatem. Nullamne enim qualitatem occultæ in corporibz alterandi vim habent? De Spiritibz quoq quorum maxima vis est, quiz omnia generant et efficiunt, an qualitatibz primis omnia peragant merito dubitati? Exemplum saltem nobis est venenum Canis rabidi cujus in minima etiam quantitate, quanta vis in corporibz alterandis sit, notissimum est. &c. Consideret etiam fermentum, cujz tantilla portio rei alienæ admista illam totam alterat. &c.

3. Quidam resolutionem semper usq ad elementa Imo ad materiam primam usq fieri statuunt & nullum nisi de novo misceantur novum mistum produci posse dicunt: unde Crasty disp. 2. contra Parac p. 216. salsum acidum amarum et similia revera misceri negat, quoniam sunt salsa acida amara. Non enim qualeng talia sunt inquit se mutuo per data sic alterant et naturas mutant, ac aliud fiunt. Confundunt saltem integris servatis naturis. Cum vero proprie misceant qualeng calida frigida humida sicca misceant, non qualenus salsa amara acida

4. Verum res in non paucis esse aliter habere deprehendit. Nam primo non ita ex mutua pugna elementorum res crescunt, sed in prima Creatione non solum qualibet suam formam, sed & convenientem formæ corpus omnipotente verbo accepit &c. Medicè etiam in rerum generationibus mistis non ab Elementis sponte concurrentibz sed a forma dirigit.

5. Forma enim sunt principium Divinum & immutabile, quod determinat omnes actiones et passiones rei naturalis et sunt quasi instrumentum ac manus Sapientissimi Creatoris &c. Id quod recte etiam Valiger docuit Exercit. 397. sect 20. Nisi inquit quatuor illa Elementa Rectorem habeant, temere ac sine modo metaq ulla et jactabunt & jactabuntur &c. Et in lib 2 de plant. Si ignis inquit Elementa sua tangiam partes

in Plantis unit, quid erit quod uniet ipsum tribus illis? Et addubitat in hunc sensum verba Aristotelis concludit: Per ignem non fiat coctio & unio ad generationem in Aristotelis officina sed per formam.

6. Alterum deinde perpendendum est An semper fiat resolutio in rerum generatione usq ad elementa, ita ut nulla vera mistio fieri possit nisi inter Elementa, et an nulla acidi salsi Amari & similium sit Mistio & porro nihil aliud alterari, et proinde ad mistionem concurrere possit, nisi quatenus calidum frigidum humidum siccum. Certe res ipsa aliud videt loqui An enim dum ex pane fit chylus, e chylo sanguis, e sanguine caro et nervus vena &c. Resolutio semper usq ad Elementa fit? Et an tota illa mistio solum a qualitatibus primis pendeat? Aliter sensit Hippocrates qui lib. de prisc medic: Salsa amara acida inter se misceri et concoctione crassa fieri dicit.

7. Consentiunt cum Chymicis et Hippocrate etiam Peripatetici & Galenici, atq inter eos Thomas Cruptus qui in def. Ther de usp. scribit: medicamenta fere omnia ex Elementis primo constant &c. semina in terram conjecta, non pura elementa attrahunt sed ex elementis compositum succum. Locum supra etiam adscripsi.

8. Et tam certum hoc est ut etiam Vegetabilia de mineralium natura participent ut ex Cuereus foliis & baccis alni Corticibq granatorum & corticibus nucis, juglandis viridibq videre est quemq; colore tinguntur ab vitriolum quod participant, ita ut vitrioli actionem e corticibq viridibq nucis juglandis Chymici etiam promittant.

9 Et tam certum hoc est: Postea an sola qualitates primæ primæ mistionis causa sint, non immerito quis dubitat, cum enim occultarum qualitatum magna sit efficatia & in corpore alterando magnam vim habeant: præterea spiritq sint Ἀπὸ τοῦ κοινοῦ ὑπάρχα & hæc nequaquam illis plane excludendi videntq. Quod qui ignorat saltem labores Chymicos insipiat et videbit quanta fiat in momento mutatio: Ubi spiritus vitrioli et oleum tartari miscentq. Item spiritus nitri oleo ex mercurio et Antimonio parato affundatq; quomodo ex spiritibq et succis lapidescentibq ligna et res aliæ in lapides convertantq &c.

10 Cruptus part 2 disp. contr Paracels. scribit Calorem & frigus esse omnium affectionum quæ animalium partibq insunt Auctores: Conformationem autem seu figuram excipit &c. At plures esse misturum affectiones quas a qualitatibq primis deducere impossibile sit, quæ tamen non secus ac ad animam referendæ monstrat Scaliger Exer 102. Sect 5. Ut quod mugnes trahit ferrum, quod rhabarbarum purgat bilem.

11. Ipsam mistionis naturam quod attinet de ea & quomodo Elementa in misto maneant pluribq disputat apud Philosophos, ut cum apud

tum Zabarellam in lib de M.stione videre est Ego ut Scaligeri verbis
vere dol. utar Si cogar effari quod in hac humana caligine vere affert
mihi, fateor jam me vinci a sententia Scaligeri qui Mistionem definit
status Corporum minimorum ad mutuum contactum ut fiat unio. Ad
mistionis enim naturam requirit ut per eam continuum corpus atq unum
fiat Et quidem propriissime mistio dicit, cum quid unum fit, non so-
lum Continuatione sed & forma seu ut Scaleng loquit, cum Mispo fit
homoeos et ex omnibus mistis fit unum Ens formaliter.

12. Quomodo autem minimorum fiat unio, Et an formae mistibiles
maneant integrae in mistione an misceantur et refringant, an vero plane
deleantur, tam difficile est in hac humana caligine perspicere, ut quam sen-
tentiam magis probare debeant Viri doctissimi et acutissimi, et inter eos
Scaliger, facile dicere non potuerint Vero magis conveniens existimo in
mistione mixibilia in minimas partes redigi atq ita sibi per minimas par-
tes unita per contrarias qualitates mutuo agere et pati: non tamen for-
mas suas plane amittere Alias enim et si forma plane abolerent, non
fieret mixtibilium alteratorum unio, sed mixtibilium omnium corruptio,
et ex omnibus unam conflari, aut potius omnes mistas et in unum quasi
collatas sub superioris alicujus formae á qua fiat unum specie Domi-
nio manere. Sunt enim ut Scaliger loc. cit. loquit forma hae actus
materiae quibq suae Quae materiae quia sunt a natura ad operis horem
compositionem constitutae, factum ab eadem est ut quemadmodum
quae sic & earum formae commisceri queant. Ignobiliora enim pro-
pter nobiliora facta sunt.

13. An vero formae integrae maneant vel refringant quod Evarmes
& Zabarella sentiunt alijs discutiendum relinquo: Hoc certum est: Mi-
stum quodlibet inea, e quibus primum constitutum est resolvi posse. Et pro-
inde formas elementorum non aboleri. Alias enim in resolutione et pu-
tredine fieret nova Elementorum generatio

14. Quae cum ita docemus iis non patrocinamur qui in rebus natu-
ralibus nihil praeter elementa querunt. Materiam dant Elementa non
vero formam. Mistum quia mistum formis Elementaribus informari non
repugno: Verum cujusq rei formam specificam, quae rei dat suam Essen-
tiam et nomen, ab Elementis provenire nego. Est enim in unaquaq re na-
turali et partibus corporis, praeter materiam quam Elementa suppeditant
divinius quoddam principium & natura quinta quae sunt id quod sunt
& in certam speciei naturalis familiam reducunt, Elementa enim ma-
teriam sunt Deog, actum dare non possunt.

M.S. Atq haec quam proponimus, est procul dubio antiquissimorum
Philosopherum de Mistione Opinio, & ipsius Democriti, qui ex Atomis

res omnes componi, et generationem nihil aliud nisi σύγκρισιν & διάκρισιν esse statuit. Non enim probabile est ἀπίστως φύσεως κήδεσθαι τὸν Optimum mundi et naturæ interpretem ut eum appellat in Epistola Hippocrates et qui in Persia Arabia Æthiopia & Ægipto versati, magos et sapientes illorum locorum consulit ut habet Plinius l. 30 c. 1. tam absurda de atomis et rerum generatione sensisse, qualia vulgo ipsi attribuunt. Videat Sererius lib 4 Phys in fine cap. 9.

16. Prodiderunt nimirum Philosophi prisci sua dogmata sub verborum involucris, unde postea factum, ut adversarii eorum contra verba potius quam mentem illorum, quam vel non intelligebant vel intelligere nolebant, scriberent, ipsisq; quæ nunquam senserunt affingerent & inter cæteros etiam contra Democritum rationibus Logicis abutarentur cum tamen ipse non his sed propriis et naturalibus ἀπείροις πρὸς ἀπείρους πόροις. persuaderi et vinci voluerit ut Aristot. de gen et corr. cap 2 testatur.

17. Nimirum quæ contra dogma Atomorum producuntur plerumq; non sunt Physica sed mathematica, de continuis, de lineis insectibilibus et similibus Atomos enim corpora ponit etiam Democritus, et quidem in iis non negat proprietates corporis Mathematici, per eas tamen etiam proprietates Physicas non tollit Et cum dicit concretione ipsorum corpusculorum generationem fieri non negat mistionem, sed saltem hoc vult vel non penetrare se Elementa, vel in mistione non semper ad Elementa et materiam primam usq; recurrendum esse, sed ex corpusculis jam antea mistis et in sua essentia constitutis, nova mistio generari posse.

18. Et proculdubio id sentit Sculz. cum loco allegato scribit mistionem esse motum corporum minimorum ad mutuum contactum ut fiat unio Id quod et Hippocrates in l. de prisca medicina docuit, ubi non solum elementa, sed saltem amarum alibum & similia misceri et temperari scribit.

19. Imo ipse Aristo: in rerum generatione et corruptione plane rejicere non potest cum passim res generari doceat et Meteor. c. 9. expresse scribat, quod præcipue mixtum in generandis meteoris ad solis latis, quæ segregat congregatq.

20. Hæc minimas particulas ipse Galenus rejicit Et in l. de elementis c. 2. contra Democritum disputat ac si ea mens fuit Democriti quam ibi proponit Galenus, a Galeni partibus contra Democritum libenter stemus, tamen Atomos simpliciter rejicere non potest dum l. 1. de elementis cap ult: postquam quæstionem movisset. Quomodo per totum temperent, ea, quæ recipiunt temperaturam, an qualitatibus sed

ijsim agentibq et patientibq vel etiam Corporis substantijs coeuntis. Concludit. Quod misibilia ad minimas particulas confringantur, unde illis mutua actio et passio contingit, et qualitatum inviçem partipatio, quæ tanto promptior est & facilior, quanto ad minores particulas confringuntur. NB

21. Et Avicenna prima primi doctr 3. c. 1. Temperamentum definit esse qualitatem, quæ ex actione & passione contrariarum qualitatum in elementis repertarum oriatq, cum parte ad tantam parvitatem redacta sunt ut cujusq earum plurimum contingat plurimum alterius.

22. Et certe si quæ in natura fiunt diligenter perpendamq, aliter se non habere vix statuere licet, sive Corruptionem sive generationem rerum spectes. Corruptionem fieri multa testantur. Ubi enim ex re aliqua, quicunq vel putrescit vel comburitq, vel alias a calore resolvitq, vapor aut fumq attollitur, quidem e longinquo Corpus continuum esse judicat, cum tamen non sit continuum, sed atomorum multa millia inter se confusa, ut vel ipsa intensione animadverti potest. Nam videmq picem vel aliam rem accensam maximum aeris spatium atomis igne resolutis occupare.

23. Idem Operationes Chymicæ testantq, in primis Sublimatio ubi atomi illæ in alembico colligunt. Nec enim corpuscula illa minima resoluta ut antea etiam dictum semper pristinam formam amittunt quod aliquis pro opinione Democriti dicentis atomos esse impassibiles usurpare posset, sicut in Operationibq chymicis videmq, in quibus vapores illi excepti, seu in alembico seu in Recipiente, ex diversis Corporibq diversam naturam retinent, ut suprapios. docet.

24. Videre idem est in Thermis, aciduli & aliis quæ minerali scaturiunt fontibq. In ijs enim rivis quidam et tofi canalibq accrescunt, cum tamen aqua quæ decurrit limpidissima sit ut quis mirari posset quomodo ex tam perspicua et clara aqua corpus tam crassum fieri queat. Proculdubio in talibus aquis mineralis & lapidea materia in minimas particulas resoluta fuit, quæ postea suo concursu & saxeum, & durum Corpus constituunt.

25. Si aurum et argentum simul liquescant ita per minima miscentur ut ijsum deprehendi aurum in argento nullo modo possit. Si vero postea aqua fortis affundat, ita solvitur argentum, ut ullum metallum in ea aqua deprehendi visu non possit: cum tamen revera insit, et hinc leg regulus emergat et quidem ita ut et aurum & argentum suam naturam retineat & hoc modo in subtilissimam calcem, quæ nihil aliud est, quam congeries aliqua innumerabilium atomorum redigat, quæ in aurum & argentum purissimum fusione iterum reducitur.

26. Ita in lixivio et muria è qua sal nitrum et vitriolum eoguntur in urina, in vino, sal qui inest non conspicitur at separato humore facile se conspiciendum prebet. Ita in lacte est butyrum Caseus Serum.

27. Et quid aliud sunt digestiones et Coctiones, cum ea quæ ante instituunt, tum quæ a natura in Corporibus Plantarum & Animalium fiunt quam primo & corporum mistorum in minimas partes resolutorum iterumq; pro rei cujusq; natura et usu. & concretio

28. Non tamen si forsan ita sensit Democritus ex fortuito Atomorum Concursu res Naturales fiunt, nisi forsan Meteora, quæ etiam Aristoteli generant, sed a forma superiore dirigente, quæ calori instrumento & ope attrahit retinet miscet & disponit omnia prout opus, ut paulo ante dictum.

29 Res autem in Corpuscula minima et Atomos redacta, pro variis concretionis modo, veriam externam speciem induunt et si forma interna non differant. Aurum ut et alia Metalla retinent suam naturam in aquis fortibus in forma pulveris, nunc atri nunc flavi, nunc alterius. Quis Mercurij variationes ignorat qui seu præcipitatus seu Sublimatus seu in Oleum seu in pulverem redactus suam naturam retinet et facile ad ingenium redit et revivisat?

30. Ut jam dicam de eo quod res inflammatæ non semper pristinam naturam exuunt et in ignem vere mutant. Sicut in oleo Sulphuris ex Sulphure accenso per campanam facto et in spiritu nitri, qui sine addimento fit, nitro in Retortam particulatim injecto et accenso apparet.

31. Dicunt quidem non nulli, flammam nihil aliud esse quam aerem accensum, sed parum recte, atq; an aer purus inflammari possit satis dubium. Nam in magnis Sylvarum et Urbium incendijs audivimus inflammatum et in ignem mutatum esse oportuit Luce omnia eo fere in medium adducti ut quilibet quæ in natura fiunt consideret diligenter et hinc de missione attentius cogitet.

Mistio quomodo fiat

Deus naturam dedit per quam omnes res generantur, cujusq; rei sua forma et in viventibus anima est. Illa suum sibi Corpus fabricat et ad id constituendum tum Elementa tum alia corpora attrahit disponit & uno aere imperio regit: unde accidit ut tot mala inter jam unum sint et ad uno actu unita unum actu fiant quæ plura per se erant. Ideoq; Elementa non per se concurrunt sed a formis attrahantur?

An pugna Elementorum in Mistione opus sit

Multi putarunt sed est alienum a Veritate Non aliter Elementa nisi ex mutua pugna admistum constituendum concurrere posse. Cum enim mista e contrarijs constent, contraria vero se mutuo aversentur, ut ad

ipsum constituendum concurrant et amice consentiant putarunt non-
lli hanc Conciliationem et amicitiam fieri non posse nisi previa
gna ad mediocritatem redigantur. Quae tamen Conciliatio quomodo fieri
beat inter se non consentiunt, dum alii statuunt satis esse si qualitates
remittant et si forme integre maneant, Alii et qualitates et formas
mitti et frangi putarunt. Verum haec pugna simpliciter opus non est
dio est si ad minima redigant insensibilia. Etenim tum demum quae
unt Contraria inter se pugnam & se invicem aversantur quando consum-
stabiles magnitudines & portiones concurrunt Quum autem in mini-
as particulas redigunt nullam et vix notabilem pugnam ineunt
uod multis experimentis constat. Si aqua leviter calefiat recipit
quidem atomos ignis sine pugna, si autem aqua vehementius incale-
at atomis ignei ulterius vel ignis particulae atomis majore aquae
mmunicent et pervisceant fit pugna ac insignis ebullitio.

ANNOTATIONES IN LIBRUM SECUNDUM SECTIONIS SECUNDAE DE FERMENTALIS seu Fermentationis Theoria Primali. A. Geo Ern Stahl.

DE FERMENTATIONE.

Negotium Actuale Fermentationis spumida illa turgescentia seu Ebul-
litio fermentationibus omnibus obtinget. Incalescentia vero quae pecu-
nis fervoris nomen meretur, neutiquidem nisi solis stricte dictis pu-
trescentibus et quidem spissioribus. Unde Fermentum aliis Fermen-
tum. a similitudine potius Putrescentiae, quam incalescentiae appella-
dum est.

Nullatenus agnoscere possum ut Effectus Putrefactionis formaliter
differant ab effectibus Fermentationis, facile enim foret demonstrare quae
Putrefactio potius sit generalior operatio, sub qua Fermentatio ut nuda
species subsistit.

Fermentatio est motus intestinus quo per congruum fluidum concreta
ex diversi generis materia laxe composita arripiantur & longa interagita-
tione confricant atq; collidunt unde necessario istae presentis Compositionis
divellit, dirulsa corpuscula altrinsecus attenuant, & in novam formionem
connexionem conjungunt.

In solidionibus itaq; fermentabilibus necessario est primo loco Compa-
gis aggregativae cohaesionis dislocatio Sic v.g. Triticum hordeum
secale cogunt molendinis in farinam, aut ad minimum in subulo-
sam seu grandinosam tenuitatem. Sacharum eliquat aqueos menstruo
es. In his vero quibus interfecta jamdudum est aqua, ut fructibus succu-
lentis exprimitur tantum succus ut a crassioribus et densioribus compactis
reliquis portionibus separatim ad motum promptissimum habeatur.)

Licet vero e solidiori aggregatione liberanda sint illa molecula necessum tamen est ut sui contiguitate qualicunq permanenter quo minimum inter se mutuo colliduntur, sibiq invicem afficiant. Quod quidem sic commode ordinari ubi potest debet ut mediocris consistentiæ massæ illi conciliet, ne si nimis spissa sit in agitatione liberos per minima sui implicet et prepedit, aut si contra nimis dissipata & dilata, lentiori et varior fiat particularum seu molecularum motus concursus: Utring enim contingunt notabiles autus Fermentativi variationes, tam in tempore & vigore quam æquali impulsu varij generis particularum quarum aliæ præ aliis motu illo occupant, et alternatim si liberum spatium ipsis pateat.

Quæ ad modum vox ex hisce intelligit quod Subjectum fermentationis debeat esse 1 aliquid numerosum nempe aliquid aggregatum (2) Et quidem laxius aqueis individuales molecula facile a se invicem dislocari juxta se invicem agitari, seu motu fortiore concuti possint Et quod (3) hæc ipsa disgregatio non nisi mediocris esse debeat ne nimis longe a se invicem removeant, quin frequenter & satis fortiter inter se invicem colliduntur valeant. Ita (4) addendum est quod supra jam attigimus quod ipsa copia seu numerosa quantitas tanto magis fermentationem promoveat & æqualiorem reddat atq servet fermentationem, quanto pauca materiæ mensura fuerit.

Quo plus videlicet est ipsius materiæ fermentandæ tanto minus facile alterat totum ipsius latifundium a fortuitis mutationibus calorificæ trigonis ambientis hujus enim cum magna sit efficacia in intendendo aut debilitando motu fermentativo & consequenter properanda et retardanda separatione & nova combinatione id mox plenius notabitur. Proinde cum magna molis materiæ fermentandæ his causis minus apta sit, manet tanto magis in ipsa æquabilis gradus motus et concussionis impulsus, adeoq consequæ æqualior & magis uniformis effectus. Deinde fit in magna mole materiæ major attenuatis diu particulæ quæ ad fundum vel ad superficiem vergit in parvo spatio utrumlibet hunc locum propinquo tramite, inter longe pauciores occurrentes, vix illisas alias attingit, In spatiosa vero mensura & copia facile millies magis vagitata & cum aliis collisa plus detrimenti seu diminutionis patitur. Unde ordinarie liquores fermentantes in majoribus tractibus modo dolijs æqualiora et fortiora producta præbent et constantiores paribq gratiorem durabiliorem vegetiorem & subtiliorem, potiorem & effectum & copiosiorem ut ita spiritum archæum habent.

Sicuti vero generalissima Subjecti nostri fermentabilis conditio est status aggregativus Ita specialis ipsius constitutio est mixtio ipsius quod nimirum ex salina oleosa & terrea substantia compositum esse debeat.

Hoc ut luculentius innotescat sufficiat nomine semel recensere

Secreta illa quæ Fermentationis Subjectum constituunt quæ duplici
scilicet via actualem præsentiam horum principiorum, Salsedinem
Pingvedinem & terrestreitatem ipsis sensibus sistunt: vel enim ipsorum
ipso tactu alq visu talia deprehendunt: immediate vel simpliciter.
Igne disturbata exhibent Substantias has generice manifesto tales,
licet ab igne quadantenus alteratæ & velati specificatæ sint.

Sunt vero talia 1. Omnia dulcia Succi Arborum fruticum imo
herbacei Succulenti et rapidi Poma Pyra Cerasa prunæ Uvæ & aurantia
Bodoniæ Sorba Mespili mora Sicoli et bati seu subi ribesia Myrtilli fru-
cta grana Actes & Specialissime uvæ. Succi dulcis inspissati Sacha-
rum Mel Manna Mel Aliquid Cantonicæ. &c

2 Omnia farinacea Legumina & fruges Siligo triticum Avena
Avena &c

3 Omnia Emulsiva Nuces Nuclei & semina Nucleata Secalia
Mel Bulla conspicua fructuum & fruticum. quam herbarum quæcung
ticum liquidum & diaphanum per expressionem fundunt.

4 Omnia semina sub sapore aromatico simul dulcia Bacca Muni-
peri &c.

5 Omnes herbæ & radices Aromatici odoris et saporis succum achi-
ymentes

6 Generaliori sensu acceptæ fermentationi subjacent omnes herbæ
quam minus odoratæ aut rapidæ ad stramen usq. Summata et Summi-
tates Tartari Imo strictissimi sensus Fermentatione jam affecta vi-
num & Cerevisia Mulsa: Fermenta ipsa faces Vini & Cerevisiæ. Tan-
dem omnes Caules Stipites Sarmenta Virgulta radices Ligna.

7. Putrefactioni strictiori sensu acceptæ expedita sunt (1) Reliquia
quorumcung fermentatorum, destillatorum decoctorum (2) Partes ani-
malium quælibet præcipue quo promptiq humiditatem imbuunt ar-
te omnia vero reliquas primo & eminenter Sanguis Urina præterea
& Excrementa (3) Omnia quæ fermentationi subjacent.

In omnibus Societas fermentescentibus Observat primo Sal actuale
revera acidum varie tamen saturatum & obtusum. Deprehendit hoc
in omnibus fermentabilibus Succulentis nondum maturis. querum acida
& austera est sapor ita mutatio successiva in dulcem per capitationem &
intimiorem intertextionem pinguedinis manifesto perficit.

Illa vero quæ strictissime dicta Putrefactioni promptissime obnoxia
sunt, prioribus Numeris recensita præcipue vero Animalium vix ullo tem-
peramento vestigia actualis salsedinis exhibent. Nam Alia volatilia vi
ignis inde proventia vix quisquam hodie amplius pro talibus subsantia
agnoverit. quæ sub hac ipsa forma & consistentia jam dum in mixto
animali præexstat. & ignis qui non potest producat quam educat.

Secundo loco occurrit in omnibus illis fermentescentibus actualis
pingvedo manifestat se se odore sapore, maxime vero in Emulsivis alum-
dat ad expressionem usq. Caeterum quæ non sit libera interpenitus

sed in actuali connexione cum salinis et terreis Corpusculis veratur propterea immediate et sine alterationibus horum subalbum non facile sensibus sese offert. Unde in ipsis modo dictis Emulsiis, in quibus reapse plurimum abundat, quamdiu humida permanent adeoq; mediante humiditate cum salinis portionibus uniuntur, ne quittam pinguedinis oleosae humiditas fixando evaporata fuerit.

A posteriori vero partem manifestat Extractionibus per spiritum Vini, maxime vero destillatione per ignem nudum ex tota ubi copiosa Oleositas revecta pinguis aliq; supernatans aqua e inflammabilis transtillat. et quidem tanto copiosior quo materiae dulcior lubricionis saporis, et illa materia, et quo plus spirituosae substantiae per fermentationem praebet.

Ea vero cardinalis et notabilissima subest differentia, quod diversis vel spissiusculis resinoso-bituminosa regni Brionis generis genuinis maxime praesto est ejus stricte dictae Fermentationis posterior in eodem sensu sumtae Putrefactionis subjectis: quod hoc loco generatim monuisse sufficerit.

Tertia tandem substantia terrea non modo in ipsa compositione succedente sese representat a priori, sed incurrit tanto magis in sensum a posteriori, tam post ipsum actum fermentationis, ubi limosi faeces maxima ex parte constituit, quam in eodem actu ignea destillationis, quo tam salina quam oleosa concreti portio sese prodit sub quo nimirum terrea haec portio in vase remanet primo carbonosa mox si in libero aere exuratur, leissimi cineris forma.

Exhibet se se eadem quoq; in ipsis succis plenius expressis perplane limpidis. Quibus partim sola subsistentiae diuturna mora recedit partim & quidem promptiori clarificatione per albumen ovi indidem educit. Quamvis haec ipsa portio quae vel subsidendo, vel clarificando a reliquis abscedit non nisi admodum laxe cohaerent alternadum illa quantitas quae intimius connexa est tam sali quam pinguedini oleosae minime ita facile secorsim sensibus deprehenditur nisi ignis separatione administrata

PARTIUM SUBJECTUM FERMENTI.

NEC CONSTITUENTIUM UNIO.

Propriam designationem tribuimus Unioni seu Connexioni partium, quae Fermentationis Subjectum constituunt. Nominavimus haec sal oleum terra notavimus jam supra Cap. 2. quod horum requirat Status unicus seu connexus quod quidem in genere videt exigere Fermentativus motus, siquidem ejus paratio divulsio dimotis non potest accidere, nisi connexio conjunctio combinatio.

Interim sine prolixitate, simulq; sine cujusquam injuria dicere fas sit tum commendo ut attendat, quantum in hunc usq; diem Doctrinam Fermentationis perplexam generalem, aut hinc inde fallacem, redidicerit

...sus requisiti neglecta pensitatio? Adeo ut fere balsamica /oleo nimirum subtili quidem sed ultra Naturam Connexionis mediocris redundante & superfluo/ instructa vegetabilia prae aliis ad fermentationes spirituosas alibi commendent, alibi Experimenti sed frustra attentent? Nisi tandem eventus doceat, quod opinioni successus futuri insignis novo ...ore haveret. Unde de aromatibus quidem subtilissima utique tali et diffusissima expansionis oleositate affatim instructis vulgaris est Confessio, quod ipsa per se fermentationi spirituosae minimum/ inidonea sint. Interim veram hujus defectus causam vix ullibi reperire licet praeter quod ...iquibus videatur, acidi salis defectum in causa maxime esse: qui tamen ...um facile suppleri posset & acidum quidcunq; proportionatum ipsum facile ...it assundi. Cum vero nec sic quidem sequat supposito effectu desiderata ...tionem subesse merito subolueret.

Est vero haec ipsa ratio unica illa quam hoc capite sinceare nuncupamus, minimum deficiens in talibus oleositatis cum reliquis principiis actualis unio.

Sufficeret sane pro...sse simpliciter hoc Axioma: Fermentationem strictam praesertim dictam, non subeunt Principia extra nexum mutuum fermentata, sed nexu in unum Subjectum conjuncta. Sufficeret exempla producere quod et in quantum fermentatio non aggrediatur talia corpora in quibus similes partes extra nexum redundant. Libet vero paulo altius repetere negocium, tanto majore interim brevitate quanto minus diserte ad notionum propositum hujus tractationis pertinent ponemus.

Sal ad constituendum Subjectum Fermentationis concurrere debere aliquoties professi sumus. Acidum hoc esse partim diserte possumus dum ex sapore acido-austero immaturorum, praesertim ejus probamus. Partim implicite cum verum Alcalicum Sal naturale nusquam occurrat. quod videlicet non aut ex putredinis aut ignis actione gignatur acidum non ita prompte, aut sane non ita copiose sese ...sceant.

Interim ex simplicibus Experimentis Chymicis patet: 1. quod principia acidi non ita prompte, aut sane non ita copiose sese ...sceant.

2. Quod diversitas acidorum & terrarum varias alterationes inducat quarum respectu Compositum tale ex acido et terra congrua ingredines deinde copiosius imbibat adeo quidem ut propterea vulgo laborantium pro Alcalico Sale imponat.

3. Quod terrarum illarum duplex maxime sit diversitas, ita ut cum una acidum aliquot in siccum Coagulum aut plane in Crystallinum Sal concretat cum altera vero in deliquescens & aquam firmiter amplectens, imo quasi attrahens concretum degeneret.

4. Quod praecipue hujus generis miscela ex acido ...iquam & tali terra ad deliquescentem consistentiam /aquae nimium promptam attractionem et firmam detentionem/ ipsum disponenta, constans sali copiosam principiorum imbibere valeat.

5. Quod acida subtiliora & purriora subtilorum paribus oleorum quantitatem certa notabilem imbibant.

6. Quod ab imbibitione tali vel mutua compenetione activitas salina quodammodo proportionate obtundatur detrimonio spirituum mineralium deliscatorum qui facile ad insipiditatem aciditatis sat nihil proficiat acidi amplij sapiant / saturantur.

7. Quod non modo copiosior sed & arctior et intimior copula acidorum cum oleo, maxime longa interagitatione eaq tenuissima per calorem proficiatur.

8. Quod acida oleosis sta saturata et per n. 6. obtusa terrestria spiritus deinde minus prompte aggrediantur, aut minus fortiter ea sibi annectant.

9. Quod ex tali maxime coalitu nascat Miscela successiva.

10. Et si in omnibus acquisita processerit vera substantiae fermentationis aut putrefactionis Diacrisibus examussim à priori aptata.

Tandem vero Salina acida substantiae, cum oleositate & terrestreitate sat. uty fortiter connexa exemplar est ipse Sartana vini Sudo uty sapori acidus & solubilis siccioris terrea Corallia Cretam Conchylia promptissime dissolvens. Interim copiam oleosae pinguedinis in ea ostendit destillatio, quae pariter ingentem quantitatem terreae etiam substantiae in ipso recondita sensibus facile manifestat.

Sta in ipsis Oleis expressis et Resinis plane pinguibus Acidum Salinum Stagma una insuper liquido monstrat nuda destillatio: Ubi string non levis quantitas aquae subacido sapore imbutae prodit eo vero spissiuscula ante consistentiam Olei aut Resinae in tenuitatem quidissimam redit. Sicut eodem modo ex Oleis limpidissimis vel Terebinthina densa tenax imo sicca Resina seu Pix addito convenientium Acidorum confiatur.

Si enim Spiritus Nitri aut aquae fortis depuratae, bene dephlegmatorum Uncias 8 affundantur Olei Therebinthinae subtilissimi, cujus Spir. Dereb. dicti Drachmae una et semis aut duae & semis subjiciatur calor incipient post exiguam moram impetuosissime ebullire et fermentescere incalescere sub Actu hoc ebullitionis, induit Oleum colorem Smaragdinum. Cessante vero tumultu & refrigerata materia colorem Hyacinthinum aut Thopazio splendescens. Consistentia vero Terebinthinae Cypriam referens & odore penitus diverso & fragrans vere visc. Spiritus acidus substans crassam seu minus limpidam diaphaneitatem vinosum saporem resinosum. Acciditatis vero eximium detrimentum exhibet. Si idem fiat cum Oleo Vitrioli fit ex Oleo Therebinthinae aliquot dierum decursu si vasculum ut tempore hyberno fermenti ad tenuem tinctam scentiam perennem imporatis nigro-bruna resina, sicca fragilis magis fragrans & excepto odore Asphalto non absimilis.

Ex his videlicet omnibus dispalescit quod Sal acidum cum Oleo uty coalescere possit et tanto magis quidem si terra aliqua intermedia concurrat. Tum etiam si longior digestio, seu interagitatio mutua interviedat dispositionis vero Instrumentum, aqueum fluidum copiosum & tenuem absit.

Hujusmodi

Hujusmodi stag Unio requirit etiam in Subjecto fermentabili ut
ea inter se conjunctæ sint partes hæ diversæ antequam ad invicem
eum accedi seu dispingi valeant.
Habitent vero hanc Unionem ipsa illa Concreta sensibj Ita vt nullum
corpus purissime expressum liquor est diaphanus et uniformis in quo ad mic.
quam pingredinis oleosæ illum vestigium, adeo non deprehendit, ut
aqui undiq aqueo- Salinum tantum quid dam representet. Saccarum
in sicca sua forma pellucidas byssallos Salinas formet, tum pauca
a dissolutum & clarificatum simplicissimum liquorem uniformem per
mia exhibet. Farina vero medullaris et furfuris expers, tam Salina
m tritecea & Siliginea bullienti aquæ ingesta, inspissat hanc confe-
m in glacici seu gelatina seu diaphana consistentiam, uniformem
& nusquam quicquam heterogenei exsecrentem. Et ita in omnibj
quis adeo ut pro Axiomate habendum sit.
Quæcunq concreta non sint uniformem & proxime diaphanam seruti-
em dilui aut decoqui valent illa ad fermentationem uniformem
ique vero vinoso-spirituosam ineptiora sunt ea proportione qua ab
norma recedunt.
Dignosci quoq hanc Unio ex eo quod nullum horum Ingredientium li-
Sapore aut odore emineat. Unde Sal quidem ubi abundat Saporem
habet, minime tamen suum seu proprium liberum. sed modo terra pur
do pingredine alteratum, ut dulcem subamarum, lubricum achri-
dum &c. Quarum ipsarum Refractionum Causa est quod oleositas
uog acrior & agilior, vicissim a Sale et terra obvoluta et veluti in-
plicata sit.
Ita contra illa Subjecta quæ aliquod horum principiorum eminem
abundans antecellens reliquis habent, illa minus æquabiliter fermen-
tationi ausultant. Ita succi immaturi Acidi, succus Citri &c in mu-
rem quidem et sitim abeunt ordinata vero fermentationi inepta sunt.
mina et aromata abundanti oleo extra narum Salinum sufficientem con-
stituto pregravata, ineptæ sunt fermentationi vinosæ. adeo ut illa de-
num portio quæ post destillationem Superficiali illig luxuriantis
undationis olei superest dulcis, et crimy illig specifici saporis
leoso- acris plurimum expers illa demum in quam & promptig et or-
dinatig fermentet Quæ vero pertig insipida sunt, terrestris partis
ma dominio salsedinem obtinente & pingredinem obvisante, ut exue-
ea partes Stamina ligna inodora et insipida, illa sicut aggregatio-
nis seu dimotionem non facile admittunt, ita compositionis quog seu
mistorii unionis resolutioni tanto obstinatig renitentur.
Quid quod hujus ultimi generis predominium, terrestreitatis, etia-
am in ipsa unione constitutæ in præcipuiantes obruenda fermentatione
Notanda vero magnatis hujus duplex adhuc circumstantia: Prima quid utriq; quamdiu vinum, seu portio illa spirituosa ipsi adhuc permixta est, pertinaci mucilaginosam illam spissam consistentiam exhibeat, quantumcunq; eam agitetur & conquassetur. Si vero tandem exspirata sit, ut spirituosa hujus portio vel evaporaverit, vel ad minimum e qualicunq; sua cohesione & connexione deturbata, evadit universum hoc magma satis liquidum et amittit mucilaginosam illam pristinam tenacitatem.

Quæ quidem circumstantia illum maxime usum habet, quod cocta hæc facilius melius exprimi possint, si nempe quis eadem desiccatus pro destillatione Spiritus volatilis, seu Salis urinosi, & olei quod prebent copiosissimum adhibere gestiat. Deinde quod e coctis hujusmodi facilius tanto melius exsoqui possit ipse tartarus in ijsdem contentus. Si minimum post extillatum Spiritum ardentem affusa bona quantitate aquæ sub continua agitatione intensè bulliant, et ita calidissimum decoctum, per densum cannabinum vacuum transjciatur et exprimatur, quod refrigerem tartarum candidum & pulcherrimum dimittit.

Quæ videlicet est secunda illa, de qua paulo antea innuimus circumstantia faculenti magmatis, vinosi precipue. Nam in crassiarijs potibus propter copiosissimam mucilaginem, & parcior est tartarea salina substantia et spirituosa simul proventus. Quæ tamen in fermentatione simpliciter contractarum frugum pro solo spiritu ardente conficiendo, minor quidem est sed tartarea tamen illa substantia perpetuo deliquida & dimissa tantum manet ob copiam subtilissimæ tantum terræ, et abundantiam pinguedinis confunde.

Secedunt vero universim facere hæ sic dictæ, primo ad superiora, dum resinoso-pinguis substantia, cum terreis illis mutuo extrusa in fluido aqueo adeo longe et valide projicit, ut extra latifundium ipsius, ubi vel adhærescere alicubi vel ulterius prius non possit emoveatur. Non aliter quam e numerosis corporibus, illa quæ vel figuræ vel magnitudinis ratione plurimum mobilia sunt, si simul omnia generali aliquo motu linteari impellent, mobiliora ita longissime omnium progrediuntur.

Nascitur inde primo statim cuticula, veluti levissima, nitida, manifesta

-pinguis in ijs fermentantibus quae lenius commoventur ut acescentia maxime spectabilis. In ijs vero quae paulo gravius agitantur, spumae sublilis forma assurgit, quae successive dissiliens pinguedinosam hujusmodi materiam supernatantem monstrat. Quo diutius vero utrumque continuatur tanto plus nascitur hujus substantiae, quae sensim magis magisque spissatur denique in crassam pulverulentam consistentiam condensatur et vel in solidam cuticulam exhibet: vel flocculorum facie sub ebullitione fermentativa susque deque in liquore rapitur. Utrumque vero tandem eo usque augescit donec cuticula ipso pondere suo, flocci illi mole sua inter subtilius motam fluidam materiam ad fundum detrudantur et motus sensibilis ex quasi quiete resideant.

Facto hoc clarescit liquor ita defaecatus, et habet tres illas immediate consequentes novas qualitates, primo: manifestam salsedinem aut subacidam, excussis nempe particulis terreo-pinguibus obtundentibus. Secundo: longe tenuiorem et dilutiorem saporem et attactum, quia ante fermentationem et conglobationem terreo-pinguium harum expansarum particularum lubricus et glutinosus erat. Tertio longe majorem diaphaneitatem et fluxilitatem, deposita modo dicta pristina mucidi tis per ipsum expansa materia.

At sane valet haec intestina conglobatio expansarum alias harum mucidarum particularum, plane lucilenter, etiam in pastis usque farinaceis, imo ipsamet farina, cum enim farina cum pauca aqua subacta, insignem tenacitatem submucidam prae se ferat, adeo ut etiam ad conglutinationem chartarum inservire soleat. Minime facit hoc ipsum fermentata ex eadem farina pasta. Cum farina hordacea in mucosissimam viscositatem coquendo cum aqua abeat, farina ex hordeo fermentato confecta, vix levem spissitudinem nanciscitur.

Cui geminum est quod farina e tritico madefacto et nimis diu antequam ad molam apte subsiccescat, madido relicto (quod fere diebus aestivis pluviosis accidit) adeoque interim fermentescente, vel quadruplo minus quam alias solet cum aqua exturgescat. Quod idem in farina hujusmodi humidiore, tectis vasis aut conditorijs inclusa, adeoque intra fermentescente, contingit. Ut vulgo in Oeconomicis quoad factum haec omnia nota sunt.

EBULLITIO SEU SPUMESCENTIA.

Non integrum nobis est circumstantiantiam hanc fermentationis, licet particularem tantum, neque nisi certo generi fermentantium propriam dissimulare, communiter enim ex hoc praecipue phaenomeno petitur et deducitur probatio. Quod ipse motus intestinus fermentativus longe intensior sit motu fluiditatis inde considerato: Neque hoc tantum sed videtur etiam ex hoc eodem accidente, summa illa activitas sulphuris in fermentatione dicta simul colligi.

Interim utique ut dicam, non aeque universali et fermentationi absolute

incumbens

innumberis sit hoc Phænomenon non nimis proficuum in ejusdem penitiori ratione investiganda.

Primo: notare convenit, τὸ ὅτι, ubinam & quando Ebullitio hujusmodi sub fermentationis actu observet. Deinde colligemus negative, a quibus mixti fermentescentia partibus minus commode deducenda videat. Denique probatissimam Nobis jam sententiam evolvemus.

Certum videlicet est quod Ebullitionis ~~Effervescentia~~ circumstantia non modo plurimum sed unice observet in illis fermentescentibus, quæ plurimum salinæ acidæ substantiæ intus habent & fermentationis actu ipso manifestant. Ubi excusatum me in spero, si spumescentiam in carnibus animalium in conclusio putrescentium, non huc connumerem, cujus alias insignem exemplar est spumescentia illa insignis, quam in cadavere cujusdam Hollandi quando valde corpus suum exagitabat motibus saltabundis contingere memorat Martonus. Utpote ubi major caloris actualis concentratio conturbans quam spontanea illa de qua hic loquimur spumescentia in causa est.

Certum est pariter quod spumescentia in illis tantum compositis fermentescentibus sensibiliter occurrat, in quibus cum Sale copiosa mucido terrea subtilis materia presto est. Unde vinum in acetum transitorum, neminem amplius bullam format, licet et sale abundet et copiam spiritus sub oleosa tam spirituosa quam crassioris, quasi resinosæ in vere contineat.

Certum denique et illud est quod frequentissima spississima et celerrima ebullitio tunc maxime increbescat, quando jam numerosissima molecula quæ coagmentata in liquore natant. Unde multis millenis vicibus pellucidi hujusmodi bullæ, in ipsismet subnatas sursum proficiunt, et harum elisione in aera denuo ad fundum recedunt, nisi quod innumeris vicibus contingat, ut antequam ad fundum imo ad medium liquoris pertingant denuo suborta similis bulla, iterum eo unde modo relapsa sunt deferantur.

Caterum ultimo loco est quod bina valde spumida ejusmodi fermentatione parata, et quorum spuma admodum libere in aerem elidi valeat, non potuit minus sapida, sed vel obtusiora, vel austeriora sint, et longe citius pondula lenta et mucida evadant.

Contra certum est negative quod pinguium, non intelligo hic lubricam & oleaginosa ipsa concreta sufficientis salis et terreitatis subtilis, et quidem connexorum consortio destituta, nullo modo ebulliant seu spumescant, unde non modo ipsa pinguium bina, qualia sunt Suetica et Alpinica genuina, admodum modice fervent in comparatione ad septentrionalium: sed et semina oleosa quavis quacunq arte per se ad fermentationem excitentur, nullatenus spumescunt licet ad acetorum statum deducantur, ad putrilaginosam quidem fermentationem proclivium.

Denique certum et hoc est, quod hujusmodi pinguia concreta, si vel maxime ad putredinem commoventur, et calorem omnino concipiant, sub hoc ipso etiam calore nisi ab insigni mole materiæ, intensissimus cruditatis nihil

P.

pro proportione expandantur: Unde putrefactio ejusmodi paradoxa putrefactio in vase undiq clauso, admodum tenui et debili commodetiam nullo ruptura periculo perpetrari potest cum fermentatio acido-tenuis satis firma vasa, et indigne moderamen expansionis Elastico regiminis si valis certam rupturam expectare velimus, si probe occlusum servetur.

Nec tamen et illic nascit Ebullitio, ubi pingvedo sufficiens in compositione deest quo casu mature mucescit materia et in cariem atq situm prodit nullo unquam spumescentiæ vestigio apparente.

Interim aliunde certum utiq est quod quidem salia acida cum terreis fluida forma commixa expeditissimam utiq ballitionem fermentum cum quibus vero nisi concentratissima fuerint ipsa acida, nihil horum fit. Sed tantum segni et tardissimo motu simulq paucissimo caloris venenum sensibile agitatione aggrediantur.

Ex quibus omnibus circumstantijs ultro citroq penitatis ego colligendo omnis haec ebullitio, a sola frequentissima aggressione acidularum particularum cum terreas, adeoq per modum novæ solutionis fieri: ut nimirum particulæ acidæ quæ recentissime a terreo pingvi vel consorte per appositionem plurium pregnante remotæ et avulsæ sunt particulas oleosas alias adhuc minusculas, aut plurium appensarum moli penitus implicatas, denuo aggrediantur & solutorio verticillari motu agitent, unde inter reliqua bulla fit figura rotunda cava, et motus tremuli in majuscula mole seu majusculæ molis intervenit. motu cum minoribus quæ sub eadem mole aggregatives aut non ita intime aut non ita æqualiter moventur.

Perdit interim iterum sal ipsam ita arreptam & agitatam particulam, dum vel non avellit penitus, licet convellat seu vibret, vel avellit etiam appensione nova majusculorum denuo amittit. Donec tandem et illæ terreæ molecula pingvium intervenu & accessione ita debilitatæ ut acida eadem ita directe et vegete, imo ita plane et late amplius agere non possint: sicut ipsa acida subtilissimarum pingvium nova vinculosa & πηγνύουσι ita obtundantur, ut solutoriam illam vim amplissimam et coagitationem amplius edere non valeant.

Confirmat utrumq Experientia et Observatione dum (1) Ebullitio sensibilis tota fermentationis continuatio mature finit et vitiatur, si pura mera terrea substantia vg. Cretæ fermentanti vino copiose immisceatur, quæ vina saturant acida particulæ, ipsa vero ob nullam aut exiguam proportionem cum oleosis pingvibus quæ faculentis e vino abscedentibus, connato conjugio applicabiles sunt, adeoq iisdem intextæ una ad fundum secedunt per se calentes illas a sale amplius avelli non possunt.

Deinde vero (2) utiq fermentans adhuc vinum, antequam insensibiles subtilissimarum pingvium particularum spirituosa ebullitio fiat velut

partu pedice longe altius et manifestius Salsum Dentes ipsos stupefaciens et metalla quæq; solubiliora arrodens deprehenditur, pessimi proinde acido-austeri saporis quam denig post peractam dictam intertextionem & implicationem evadit ubi mite prorsus & obtusum red ditur.

Quod quidem (3) etiam ex paulo largiore affusione puri spiritus ardentis in fermentans vinum pariter contingit, ut nimirum materie ita obtusive tundat, adeoq; activitas illa ad solvendum, seu quodcunq; habilitas, ad complicationem cum terreis subeundam diffrmetur.

Interim non in totum negaverim, quod Sulphurea portio, si ab aeris libero accessu juvetur, sub ipso motu effervescentiæ spumido aliquid contribuere possit, ad spumeum hunc motum quadantenus eius superficiem liquoris augendum. Minime tamen ullo modo perspicere possum, quod hæc ipsa Sulphurea substantia, motum hunc plasticum, vel sola excitet, vel illa præ aliis, vel invito aliquo nisu aut motu præstet. Non magis quod sal in Carbone, vel si puro oleo nullo elastico motu vere prodit etiamsi igne sat valide agiteth, nisi liber aer accedat, ubi repentinum hunc valdissimum elasticum motum suscipit.

De Sulphure in Fermentatione.

De passione Sulphurea portionis sub Fermentationis actu sequentia notare oportet.

I. Considerandæ est eadem in statu suæ connexionis cum reliquis partibus fermentabile mixtum constituentibus, quomodo vere habeat inter hæc, antequam in fermentationis actum corripiatur.

II. Attendendum quid nam agat Sulphurea hæc portio, si augeat, velitq; et excitetur, addito aliquo fluido sibi homogeneo.

III. Spectanda est eiusdem Sulphureæ partis conditio, quando actu ab aqueo fluido addito coagitata mixtum, cui ipsa inest.

IV. Pensitandum an unguam sub toto Fermentationis statu, purum et liberum appareat pinguedo.

V. Innotescendum quid sub diversiore commercio ipsi accidat.

Primum quod attinet, habet se Sulphurea portio mere passive, quandiu in unione cum reliquis suis consortibus persistit, nec ulla superflua humiditas aquea intervenit.

Sin enim fermentabilia concreta quælibet si exacte vicea, in locis temperatis adservantur ad multos annos, imo quasi ultra memoriam in corrupta perdurant, et perdurat hæc ipsa Sulphurea pars, ijsdem immixta fere separandæ enim libera, extra intimiorem nexum compinctæ, ut in Aromatijs non est sermo sine ulla alteratione et tanto magis quidem, quanto magis in aggregatis seu fructu, consistit tota moles.

Secundo: Si materiæ fermentabili Deum addit fluidum Sulphuri huic homogeneum, non modo nihil inde concitationis fermentativæ nascit, vel præservat potius eo ipso ab omni fermentativa alteratione, tanto certius et

perennius, quo puriùs fuent oleum et ab extranea humiditate aqueâ / qualis in expressis oleis adest / liberum. Ubi sane si ulla in actu fermentationis esset activitas, a Sulphurea illa parte excipienda, deberet vere potius existere additio homogenea, motum illig adjuraturo.

Neq illo modo vero fit simile, quod Aqua in reliquas mixti fermentescentis partes emolliendo tantum agat, quibg ita saxeis oleosa seu Sulphurea portio, nihilum suum ad actualem motum deducat. Si enim aqua communi fermentabili ad perfectam ejus emollitionem addat et tamen sufficiens gradus intestini motus ipsius (aquæ) desit, nihil agit hoc modo alterum seu Sulphur. Ita enim si Saccharum, in aqua sufficiente ad fermentandum quantitate solutum hyeme reponeret in locum ubi non congelari possit ad modum tamen frigeat, nihil omnino movebit Sulphurea illa portio sed inerte immota, reliquis suis partibus adhærebit.

Imo si forte quis putet non fieri sufficientem emollitionem ab aqua nostris intente intestine agitata, en aliud Exemplar. Misceat vg Saccharum aquæ quantitate sufficiente, intendat ipsius motus per calorem actuarium. Nihil ne hic quidem efficiet Sulphur Concreti neq ipsum pro se neq in quæ sui consortibus partibus. Pro se enim deberet utiq non modo a reliquis suis emiti, et vere extricare, sed et in aurum evaporare, quod prorsus nihil horum emergit.

Ubi vero Tertium Aqueum fluidum additum est fermentescenti cum et sufficiens proportio impulsus accedit caloris nimirum ambientis moderata intensio, qua intestinus motus fluiditatis aquæ ita excaluit, ut calor quidem frequentissima inter se corpuscularium contingere non vero aquæ pura & præcipue illius aut olivis, tunc commoventur minimum dicta quidem Salina particula, mediate vero per has, Sulphurea ejusdem rei. Commotio interim hæc nequaquam est tanta quantam recipiret et haberet Sulphurea hæc portio, si libera a Salina illa terrea parte existeret. Ita valde imo immensum quantum segnior, si quidem ipsa sibi quoq mobilis nisi una cum terreis et Salinis, aut cum terreis ad minimum conjunctis movetur.

A Salinis quidem excutit successive potior pars Sulphureæ hujus substantiæ. Cum enim aqua fermentabilem molecularum ex calore Salino arripit, ciet et vibret. Cum oleosa vero quæ Salina adhuc nullum motum recipit, sed potius retinet, aut qualemcunq adhæsionem tantum subire possit. Ubi primum dum hæc motu tum occurrentium aliorum corpuscularium, tum proprio paulo citato appulsu in divexum trudente Salinam particulam a Sulphure et hac a Sale separata, cum terrea adhuc particula commota ejus cohæsionem in liquore fluitet, et hujus tenuem perspicuitatem turbet.

Ubi quidem in primo principio quando paucissimæ tales Sulphureæ particulæ segregant, specimen exiguum mobilitatis suæ potius exprimunt, et ad Superficiem aquei fluidi emoveant, et ibidem cuticulam pellicularem pin-

quem representent.

Non dico vero durat hæc prerogativa sed in nullum huic ipsi competit & paucissimo tempore plures et quidem numerosissimæ ejusdem generis particulæ: Cæ harum congregatione perpetuo allescente obvolvunt denuo oleosæ sulphureæ particulæ a terrearum copia ut denuo in passe non modo eximiam suam mobilitatem quasi supernatatio fit, sed et omnem etiam perceptibilem amittant et ad fundum cum terreis illis deijciantur segnes et immobiles. ibidem jacentes, neq; finale sensibus sese exhibentes.

Subtilicet de negotio hoc generatim nihil determinare licet, aut ordinario tantum terreæ substantiæ, in fermentabili misto modo sit, ut hanc obvolutionem pinguedinis et precipitem devolutionem ad fundum eidem necessario inferat. An vero per revolutionem oleosæ mixtionis verum terræ quantitas demum prædominium nanciscat; Dum videlicet ipsa agitatione spumida multum utiq; sulphureæ substantiæ ita revolvit, ut portio ipsius sicce fere specifice sed elatici halitus forma in auram dissolvat relicta particula aqueo cum qua hactenus connexa mistum olei seu pinguedinis constituebat.

Interim in specie indubium penitus est, quod in plerisq; omnibus mixtorum fermentabilium speciebus, omni modo terrea substantia prædominet. Cæ quidem in ipsa parte stricte et immediate fermentabili ipsorum quam in fæculenta seu superflua parte, quæ in plerisq non prius separari valet, ut pura illa fermentabilis pars seorsim obtineretur. Repetenda hic erunt quæ de pinguedine et mucagine in superioribus jamtum dicta sunt.

Ista patitur utiq sulphurea hæc portio, primo separationem & avulsionem a nexu quem adhuc satis fatemur habuerat. Neq; nanciscitur interim propriam agilitatem aut libertatem in oleosa portione supernatante, nedum latitudinem formæ, emergat e nexu terrearum, imo tantum e complexu aquæ, quæ quam una cum terreis quibus adhuc innexa est vicq deq; raptat et obturbat.

Imo vero perpetuo nexu, imo etiam magis magisq; copioso in nexu terrearum corporum patitur utiq oleosa portio seu sulphurea ut non modo longe minus agiliter intra fluidum aqueum rapiatur, sed et pauco tempore pondus prægravatæ una ad fundum in admodum sensibilem quidem deijciatur.

Ubi neq; mihi nec forte pluribus verba in mania satisdicentibus arridet, supervacua designatio totius activitatis, qua dicit vulgo Concretio hæc sulphurea seu pinguis substantia cum terrea active a sulphure fiat: Unde formulæ illa sulphur esse causam miscentem formas novas inducere, seve alias rebus immiscere, principium activissimum motus fermentativi audacem et vehementem animam peragere totam illa commotionem mixtionis quo modo e objectaneo nexu diversorum corpusculorum, terrearum et salinorum educet, modo deinde ex ponte et minima activitate sua et quasi prætervia quadam, motum suum omittat, seve immediate simpliciter &c.

Certo enim certior est illa subsumtio quod cum terreis particulis collectio in aggregatum solidescens, et majore molendas ex sua natura desit figura et magnitudine velut propria vi: Cum vero sulphureæ substantiæ in tali statu

quali hic se se habet, nempe salis tenui, agili, ad fluidum aggregabili, nihil minus convenit, quam innexio talis in solidescens aggregatum, & implicatio in molecula valde quietas. Quod si quam vi tali Sulphuris opus sit quam terrea illa particula ad solidescentem congregationem & concretionem numericam conjungatur, sed deducatur ad quam spontè proclives sunt: Sed quod magna potius Pascio, hujusmodi Sulphurea substantia excipat, quod se nimis hujusmodi corpuscula se se implicari, a motus numerico aggregatuve coalitu, copiosarum ejusdem Speciei particularum distineri, et in quiete insigni in fundo sub Aqua deprimi aut detineri sinat.

Unde nimirum IV. etiam sub toto Actu fermentationis, nunquam hæc ipsa Sulphurea substantia libera et pura se se exeat, ut vel sponte, vel arte obstetricante sincera e nexu dicto se se expedire valeret, nisi in admodum exigua quantitate ad reliquam illam, quæ perpetuo novas innexiones et transpositiones patitur, vix millesima proportione. De Oleo aethereo quod vocant Balsamico Sulphuris quod e Baccis Juniperi Seminibus anisi, foeniculi &c Herbis Salvia &c provenit hic non est sermo. Licet hoc etiam sub actu fermentationis manifestam patiat imminutionem sui, & translationem implicationem cum Sale et aqua, in Spiritum ardentem & cum terra in fœces.

Quando vero V. Aeris liber commeatus largiter concurrit, ubi enpote non exigua pars olei hujus seu Sulphurea substantia in ipsas auras, illud non modo universum vinosum fermentatum, longe magis vappidum et insipidum remanet, sed ipsæ quoq; fæces mucidiores tenaciores limosiores subtiles. Aut dum particulæ aliquas Sulphureas in motum incitatas ad se se cum deorsum tulerunt, invalescit ibi nova Combinatio fermentativa putredinosæ nimirum, quæ disjudium decessit a terrea parte demum evolvet et ibi maxime majorem agilitatem nanciscat, Sulphurea hujusmodi: Neq; quam tamen Activitatem spontaneam propriam in tantum quæ nuda excitatione tantum in actum deducatur. Sic enim hic quoq; aliquem fluidum & aer impellens abrunt, relabiq; tota illa agilitas in detrimentum. De quo universo tamen hic notandum quod nondum est hic dicendi locus, ubi demum ubi de Putredine erit sermo.

Interea sufficiant ea quæ hactenus dicta sunt, pro demonstratione quod omnis energia fermentativi motus potius a quacunq; alia causa quam ab activa efficacia Sulphurea partis oriatur. Quæ tamen opinio, Sulphuris [illegible] omnem prorsus, cum vulgi mentes haereq; teneat: placuit hac [illegible] eandem a molire.

SULPHUR IGNEUM CONTROVERSUM FORMALITER SIC DICTUM.

CAPUT SECUNDUM ACTUS FERMENTATIVI.

Non antiè Philosophabor ad quadnam Genus Causarum referam adjacentem Medium, quæ Sulphur concreti est causa dicam an ocasio? Fermentatio. Strictè loquendo non est Instrumentum, quia non applicatur a Causa superiore ad effectum producendum. Et tamen præsentia sua quasi facilitat

Subjectum motus, subjectum complicationis et tunc demum medium fermentica commotionis qua reliquæ partes dimoventur.

Istam rem ipsam ut quilibet inde colligere possit, verene passive se habeat Sulphurea portio, etiam sub hoc ipso acta, quo dimotionis causa fit: An vero positivè effectivè, Nisu insito Activitate coërcata, in hoc negotio efficax sit.

Attendat itaq; partim Materiæ conditiones, partim motus circumstantiæ. Quo ad materiam præsto sunt

1. Corpusculum Salinum
2. Aqueo firmiter complicabile
3. Adest Corpusculum terreum Salino crassius majus.
4. Hoc per se non potest firmiter complicari aquæ.
5. Bene tamen per Sal intercedens.
6. Potest vero implicare Sulphureum Corpusculum.
7. Sulphureum Corpusculum per se, nullam habet firmam connexionem seu complicationem cum Aqua.
8. Laxat etiam terrea Corpuscula, si nempe inter horum plura interponatur.
9. Et hoc quidem, tum forte ratione propriæ suæ figuræ.
10. Tum disparis suæ adstrictæ eximiæ nempe mobilitatis
11. Certe cohæret semper minus firmiter cum quibuscunq; Corporibus.
12. Cohæret tamen tam cum Salinis quam terreis, præcipuè vero his.

Motus circumstantiæ sunt quod 1. Aqua primo & immediate commoveat Salina Corpuscula.

2. Mediatè tantum terrea Corpuscula.
3. Si oleum seu Sulphur immediatè offendit, movet illud velocissimè ex hujus propriâ magnitudine & figura.
4. Imo et per hæc movet fortius terreum Corpusculum.
5. Salinum Sulphureum terreum connexa cohærent ordine aliquo, & commissuris certis et habent inde aliquid Centrum Communis mobilitatis.
6. Aqua non arripit firmiter, præter solam Salinam particulam
7. Sulphureum vero & terreum tradit volume et fundit.
8. Liberat terreas detrudit et aqueis, tenuior et contortum illabens abhorret ad fundum aquæ deorsum moveantur.
9. Sulphurea libera eximiâ jactatione, quam figillatim ab aqueis particulis, illidunt terreis, donec aliquandiu hæc colliso ita exacte inadæquat ut diuturna prominentia examussim complicatæ imperterrenum pro uno moveantur.
10. Interim in toto hoc negotio, nulla usquam est pura stasis, sed desinet motio quasi indelicet particulæ hæc tandiu consulto agitarentq; donec complicentur. Tanta vero complicatione, quasi fine impetrato, active remittat et requiescant de motus intentus: quod quidem ex illis quæ circa spiritus omnis motui proficuum placet.
11. Sed fit motus in fluido per Oppositum quid: Nempe quandiu aliquid commobile occurrit participat hoc de quo motu: Complicabile hoc sit an non sit nihil interest fluidi: Morientis: & forte est complicabile, & cum tempore sub continuo illo concursu, fortuitis exadversibus allisionibus, acta complicatur

set inde majis Coretum, adeoq pristino gradui motus minus mobile
Desinet itaq moveri non quod fluidum esset allabi, sed quod motus pro-
gressum non obtineat, reflectat, in ipsum corpus fluidum.

Ex his omnibus circumstantiis exhibeo motus fermentalis sequentem
schematismum.

Quando numerus ingens seu aggregatum quoddam fermentabilium
particularum, impinit in fluidum aqueum, tunc applicant hae particulae
quae per convenientiam figurae suae, salinis earum corpusculorum mo-
culis seu ut vulgo loquimur, apprehendunt fermentabilem molecularum in
tere salino.

Cum vero singulae hae molecula constent ex salina terrea et sulphurea par-
ticula. Proinde prominent hae posteriores, terrea et sulphurea de praegnan-
ita motum qui in altera extremitate a particula aquea modo affecta
tinguit.

Tanto majis vero praeminet illum cum vicissitudine aliarum particula-
tam aquearum quam talium temporitarum fermentabilium perpetuo contigit
Unde facile fit destructio terreae et sulphureae ut pote prorsus eluentis
motum aqueae quae salinae cohaeret, in extremitate positarum.

Tanto facilius cum terrea quidem majuscula particula, plurimus puncti
attingat a corpusculis aqueis, actu motis: sulphurea vero etiam ab una aqua
corpusculo, imo forte potius ab athereis violentissime motis impulsa tan
vehementiorem motum patiatur quo minus ipsi ut minori aqueae aut mo-
res in mora aut impedimento sunt, quin inter ipsas hinc illinc pelli pos-

Quando vero sulphurea et terrea particula ita a pristino suo loco
tione deiectae sunt, tunc tunduntur vario deq in fluido cui neutra com
scere potest, sed jactantes tantum natatorio motu. Et terrea quidem pa
ita ob qualemcunq suam parvitatem: a qua licet connexi aqueis non
possit pelli tamen ab ipsis seu motum naneisi potest. Sulphurea ve
et eximiam suam subtilitatem tam magnitudinis quam volubilitatis
gurae, nimme quoq habilis est ad tranquillendum
tum sed passionem motus. Hoc enim est verum mechanicum
Quod parvitas molis & penetrabilitas figurae sfigurae ad penetrandu
per alia corpora numero plura congregata aptior non in multis punc
eadem attingens, sed verum fundamentum pro suscipiendo motu

Dum vero exactae hae particulae terreae et sulphureae ita in fluidi
fluidi aquei jactant, successu temporis et numero innumerabili, jactatio
nis implicantur, ipsa numero plures ex labore praecipue terreo. Quinetiam
complicatione majuscula aggregata quae in fluido irregularibus motibus
e diversis lineis minus directe amplius propellunt, unde vel ad latera pa
lapsu sensim dimittunt ad fundum. Vel potius ab ipso aethere, deorsum
gravitato motu influente ad fundum propellunt.

In toto hoc negotio nullus apparet Nitri, vel alia alcali pure cauti
plurimi efficacia. Non movet ex se ipso neq habet hic motum aliquem intrin
secum & proprium sed qui ex aqueis particulis in ipsum transmittitur.

Non afficit ex se activè, nedum efficienter reliquas partes sive terreas, sive salinas: Sed appellit pure passivè, allidit et applicat fortuito seu approximatur reliquis. Non apprehendit aut tenet activè alias, sed ex facta semel applicatione, manusfit novum Centrum mobilitatis, et moveretur tamdiu cum illo sibi examussim adjacente, conjunctim pro uno, donec alio aliquo ad præsens sui Centrum heteroclite, Commissura illa complicationis iterum laxetur: Aut applicito aliquo corpore quod intimius cum altero ipsorum complicabile sit, subsequat talis excussio, per lineam motus excentricam, si oppositio aut divergentia ad minimum latere. Prout quidem hæc omnia latius et exquisitius prælineata jam tum sunt in Cap superiore III.

Non potest itaq de Sulphure dici quod plus hic agat quam globus vulgaris Conis lusorijs adjicit qui aliquot immediate una secum communicat, et hi iterum alijs proximis appulsi eosdem una prosternunt. Ubi vero globus dici potest activè efficienter proprio suo motu et in sito Conos movere qui ipsimet non nisi accidentalis et extrinsecus immissus est, Et absurdum esse, dicere, quod globus communicet activè motum: motus ipse transit quidem è globo in Conos sed sine globi aliqua actione, qui motum non minus accidentaliter patitur quam Coni in quos ab ipso pars motus transcendit: unde et ipse motus tantus in proportione in Conos transit quantus globo ex transcensu additus est, et quantum globi Contactu ad Conos pertingere valet: Cæterum habet se ictu globus æqualiter passivè, tam ad accipiendum quam dimittendum Motum.

Verbo in recentibus plurimis tum Phænomena Physica recte cognita non respectur agendi seu causalitas minus incognita est, et longe exactiùs investigatum haberemus nexum, qui intercedit inter res motas. Cæterum quis quæret qui nam sint veri primi fontes, e quibus omnis motus rerum, quæ vulgo inanimatæ dicuntur dimanat: Et quinam fontes quietis sint seu imminutionis motus particularis Corporum, Motus maxime obnoxii.

De Fermentationibus et de Distillationibus Philosophicis.

Differt Fermentatio ab aliis motibus intestinis, Diversa est variis speciebus præpitibus effectibus et eventibus, præcipue vero diversæ sunt hæ species, ratione nempe partibus mixti, quas primo et magis immediate, movent et impellunt, adeoq Dimotionem a reliquis, et reliquarum quoq forsan, tum motionem, dimotionem, attenuationem transpositionem, perficiunt.

Differt proinde a simplici fluiditate ulteriorem aliquem effectum non infert. Cum in fermentatione motus fluiditatis tantum sit, medius, et instrumentalis actus, quo dissolutio mixtionis seu divisio peragit.

Differt ab Incalescentia, cum hæc non modo longe intensiori gradu motus intestini absolvit, sed etiam immanentis magis molis, quo non necessariò totius mixti sed situs tantum particularum mutatur: Cum in fermentatione

etiam universus locus necessario mutandus sit ut recessio etiam semitonum corpusculorum contingat. Interim inservit partim incalescendo moderata promovendæ fermentationi, ut instrumentum motus ipsius movendi, partim vero consequitur ex ipso motu fermentativo in cortice nempe vasis recepti, ad calidum motum subeundum præcipue aptis.

Differt a Coctione, dum in hac nimia commotio fluidi, molecularum fermentabiles magis universim integras, rapit et jactat. Cum in tranquillitate fermentatione, tantum partes illarum una pro altera magis afficiat, ita vero seu integra et lentius moveant, & heterogeneo ad centrum gravitatis suæ, seu excentrico motu. Præterea contingit etiam transpositio atque mutua, vehementiori et fortiori sub coctione: Quæ in fermentatione longe subtilius placidius tenerius & fere laxius perpetrantur.

Differt ab Emollitione, quæ nuda fere expansio tantum est, non vero ejus agitatio dimotio collisio, interagitatio, cujusmodi vere et necessario est Fermentatio.

Differt a solutione simplici quæ tantum minima aggregationis dimovet. Fermentatio vero non modo talem dissolutionem e statu aggregationis perficit sed etiam fere quidem maxime præcipue & de formali seu Specifica dissolutionem disgregatorum corpusculorum proxime & mutatione sua.

Differt ab Extractione, quæ partim agitiorem quidem, a reliquis minus hac fluidos mobilibus, dimovet, has ipsas vero reliquas nihil eximie afficit: Fermentatio vero omnes partes concreti proportionata aliqua tum solutione seu Dimotione, quam nova alia combinatione afficit, commixtione dimovet admovet componit, transponit.

Differt ab Effervescentia, dum hæc tantum est accidens quoddam in ipsorum motus, vel nimio gradu intensi; vel circa determinatas aliquas species movendorum occupati, Fermentatio vero in genere sine omni Effervescentia fieri non modo potest sed etiam solet, quod tum Putrefactio, tum Acetosa, tum Lipposcopionis Analecium satis confirmant.

Differt a Præcipitatione, quod in hac ab extrinseco accessu heterogenea in instanti fiat novus coalitus, & ita progrediatur indies recessus, Cum in fermentatione omnis recessio oriatur a mutua translocatione partium ipsi misto fermentanti jam inexistentium. Fiat etiam præterea satis universe quod in Præcipitatione stricte sumpta in instanti veluti, quo ex massa illa substantia admixtæ obtinga.

Cum quo plurimum coincidit est Combustio Differt tamen ab hac tam energia & velocitate actionis, quæ in igneo hoc motu est, tam minima fermentativo immensum quantum remissior, segnior, & placidior.

Nec a Digestione multum differt, nisi quod hæc non bene considerari potest, ut actus aliquis separatus & purus; sed fere tantum sit accessus aliarum Operationum nimirum Continuatio intensionis motus intestini calidi, vere ad solutionem vere intimiorem commixtionem aliquarum

verum inservit: Unde in fermentationis pluribus quidem speciebus
quæ ne quidem insigniter perceptibilem calorem tolerant, strictiq dicta
digestio non habet locum. Latius vero considerando, conveniunt in ap-
ditate motus Intestini fluidi ad aliquid heterogeneum, vel mutuo com-
binandum vel dispingendum.

Ulteriores differentias perquirere non placet Diversitatis potiq ratio ha-
benda, quæ nimirum fermentatio a fermentatione differt, idest species
una fermentationis, ab altera.

Sunt vero hæ species I. Primo strictissime dicta fermentatio, spirituosa
ordinaria, et brevissima, in liquida forma, Vinaria seu panaria in Consisten-
tiore massate.

II Adscentea acetosa In vinosis & spirituosis fermentatis copiosæ in
aliis quibusdam, ad spirituosam quidem fermentationem minus aptis, ad-
dita vero spirituosa portione alescentium promptissime subeuntibus.

III Putrefactio tam putrida tenuissima subtilissima: Quam spissior si:
lenta, carnosa fungosa.

Quomodo ad has species adem ea ad genus fermentationis pertineant
mineralium congenere partim resolutione, partim combinatione, longo
temporis respectivo tali intestino motu peragende, et principia eadem aquositatis
mineralis, pinguedinis mineralis & terrestreitatis mineralis, pro fundamento habentes Amalgamatoria Burginea Vitrioli depuratoria &c.
in speciali deductione suo loco clarius innotescet.

DEPENDENTIA SPECIERUM Inter se.

Adstruenda paucis adhuc est, Dependentia mutua, quam species hæ inter se habent,
et una sub altera, tanquam species specialior in subalterna comprehenditur.
Hui verbo reperto, quæ in opusculi ipso fere initio sunt dicta Quod fermentatio
potius sub putrefactione comprehendi possit, quam contra.

Priore sunt ordine, fermentatio vinosa, deinde Acetosa, succedit hic Pu-
trefactio.

Latiori vero et liniversaliori est Putrefactio dum non modo omnia illa subjecta
sub ambitu suo comprehendit, quæ cum tam spirituosæ quam acetosæ fer-
mentationi parent; Sed etiam alia quidlibet corpora, ea tale quidem pau-
cissima conferentia, quam ut vel spirituosa vel acetosa, fermentatio ipsis eve-
nire possit. Oleo vero et terra tenuissima mucida copiosissime abundantia. Adeo
generice ista verum subjectum constituentia, in quod fermentativi motus
generali agere possit.

Nec ulla est difficultas quod fermentatio ordine sit prior ipsa Putrefactione:
adeo enim est fermentatio stricte dicta initium putrefactionis, ut nisi artis
ficio interrumpatur et inhibeatur actu in putredinem immediate pergat.

Revera enim cessatio illa qua in fermentantibus spirituosis, vulgo putatur
species sibi actionis determinatæ, accidentaria mere est. Nec vera cessatio, sed
levis tantum imminutio Intestini motus: Hic enim esse continuatus
nisi arte obstetricante cohibeat et sejunctus servetur, se Mutuum transitat

in Accrescentiam & hinc putredinem. Imo nisi ad accrescentiam etiam per Artificialis moderaminis, quam spontaneæ continuationis concurrat, statim quin nitit Materia in Putrefactionem, antequam vendè adjuvat.

Quibus omnibus vendè pensitatis, nihil est aliud Putrefactio, quam perfecta et absoluta Fermentatio, stricte ita dicta Fermentatio vero et Acetositas seu Acescentia, nihil aliud quam Putrefactio abrupta et interpellata bis quidem pura potius, quam spontanea seu ex Natura rei, veluti ad certam speciem determinata.

Ut adeo Specificationes hæ, quibus Putrefactio interrumpitur, mere extraneum quiddam accidentarium, alienum sint nempe intercepto continuationis motus putredinosi. Qui si arte et labore externo non inhiberetur, progredi ad finem suum completum pergeret, et ex Natura, seu propria ad materiæ constitutionem materiæ subnatæ, eo pertingere proprie deberet.

Accuratiùs interim in his Argumentis sub ipsa Putrefactionis Theoria tum hæc ipsa videantur discussari tum quid in favorem realis diversitatis specificæ denique proferri possit exquisitiùs tractetur.

SYLLOGE DICTORUM.

Fermentatio a fermento aut fervendo dicta recentioribus demum temporibus appellari frequentius cœpit, cum Antiquioribus Putrefactio nominaretur, sic hoc sic male siquidem Fermentatio stricte dicta potius sub Putrefactione comprehendi, quam hæc sub illa minime omnium vero differium genere, sed utraq; ubiq; pro tantum formaliter est unum idemq; materiæ, seu subjectum tantum Accidentali varietate et inde accidentali diversitate effectuum, specialium, nequaquam formalium distinguendæ. Damus hoc saltem generi, ut Fermentationis nomen retineamus pro generaliori, et de Fermentatione Spirituosa quasi primario loquentes, generalem tamen theoriam non minus arcte includamus.

Ultra est motus intestinus, per fluidi aquei Organismum vel Sulphur et forsan e mixtione mutua disturbans, divellens, seu attenuans, transponens et denuo componens & congregans.

Subjectum in universaliter considerata Fermentationis sunt Mixta, esse Sulphure seu pinguedine et subtilissima Terra compunctâ.

Nec tamen integra aggregata, seu fusta palpabilia Fermentationi vim dant, ut ex ipsis hæ partes dimorerent, veluti Attractionis quadam specie: Sed singulæ molecolæ e tribus his compositæ, sunt immediatum Subjectum Fermentativi motus.

Sunt vero hæ molecolæ compositæ tantæ tenuitatis, ut sigillatim adhuc se ex aggregatione dimotæ, omnes sensus crassiores fallant.

Quibus enim impalpabiles sunt, visui imperceptibiles, unde fluido aquæ immixtæ disphanum hoc relinquunt, Gustum licet interdum afficiant, non tamen omnes hoc agunt, sed dulces solum, reliquæ magis sunt insipidæ. Odoram nullum eximium dare sapiunt. Fermentabilia promiscue, sed fortiori potius immediate apta.

Co ipso dum principia ad Generationem motum pertinentia, Sal Sulphur & terra in statu composito esse debent siquidem quæ connexæ non sunt, diminutioni nulli subjacent: Compositio vero hæc non intelligitur juxta positione in aggregato majore, sed pro cohæsione minutissima & atomica. Proinde dictum statim fit conceptui quod Sal Sulphur et Terra, in singulis his minimis et sensum subterfugientibus moleculis actu cohærere connexa et unita esse debeant.

Quicquid itaq ultra proportionem Unionis intimioris, abundat de aliquo horum principiorum, illud vel suffocat et removet Universum Fermentationis energiam: vel determinat eandem statim & adstringit ad certam solum modo speciem.

Quod precipue notandum est de Perigredine tenuiore seu Sulphure volatili quam vulgo Oleositatem balsamicam, Aromaticam & ætheream appellant. Quæ ubi extra proportionem Unionis intimioris cum Sale et terra eminet et abundat, impedit potius Spirituosam fermentationem quam juvet: Id putredinosam vero quam maxime prodive reddit subjectum.

Sali etiam quantumcunq prædominium minus impedit fermentationis successum, dummodo in nexu qualicunq sit cum Sulphurea et terrea portione: In quo nexu si non existat libere extrahit e reliqua tertii mixta portione, & solutioni quadam specie, ipsam fermentationis actionem partim juvat et promovet.

Constituit vero Nexus hic Salis Sulphuris & Terræ in unam molecularum complicatarum Consistentiam in aquis dissolubilem ut vulgo vocamus. Id est annectit ejusmodi Composita molecula, mediante salina portiuncula sui, corpusculis aqueis, et cum his fert sua deque in latifundio liquoris aquæ nimirum cui immorari obtingit.

Extra hanc complicationem cum aqua, conjungunt multæ hujusmodi compositæ molecula, in aggregatum solidescens, siccum plus minus ipsum aut contra laxum spongiosum & friabile

Tactui offerunt se molecula hujusmodi interveniente pauco humore Lubricas, subpingues: Et ipsum quoq gustum non abnormiter efficiunt lubricitate illa, cui dulcedinem aut subamaritudinem insipiditatem offerunt.

Quamdiu extra impulsorii alicujus superventis Concitationem in relicta manent, conservant tum cohæsionem suam mutuam tum consistentiam illam solidescentem siccescentem, extra aliquam mutationem.

Simul ac vero fluidum et specialissime quidem aqueum spiris additis et superinducit, tunc fit statim Commotio et hinc Dimotio eorundam subtilissima.

Commotio quidem et Dimotio primo est aggregationem. Antequam enim fluidum, et quidem sufficiente quantitate additæ, eorum incoercibiliter in vicem solidescentes molecula, imo in magna frusta. Quibus hæc, si quantum

potest subtilissime conterant & in pulverem, vix palpabilem redigant, nihilominus singuli tales pulvilli sunt adhuc aggregata, constantia è pluribus adhuc minoribus corpusculis. Unde si in aquam demum immittantur, dissolvunt ibidem, ut sigillatim natent, et tunc demum sunt adeo tenues, ut non modo per se vipum fallant, sed et liquoris Diaphoneitatem nihil turbent.

Dimotæ ita ex aggregatione divellunt deinde versim e mistione primigenia et connexione sua intimiore, ut diversæ particulæ e quibus constant Sal Sulphur & Terra a se invicem dispinganter.

Prior illa commotio nihil aliud est quam nuda Solutio, Apprehendit ille Aqua moleculas has e latere ipsarum Salino: Coagulat ita secum & secq; deq; inter reliquas sui consortes rapit.

Ab hac differt Fermentatoria divulsio succedens, qua ex Excussis Sulphureæ et terreæ partis ab altera extremitate Salina dependentium unde partim incursu aliarum, pariter hinc inde pictatarum, partim ipsarum aqueatum, liberiorum particularium oriundo in fluida mole tumultuantium, occursu et perpetuo illisu ab illa Salina denuo tentantur.

Facit et præstat Aqua hunc motum generalissime ut fluidum: id est aggregatum quoddam, constans e numerosissimis parvis corpusculis in actuali perpetuo motu versantibus. Unde utiq; ut parva cum parvis illis moleculis Sal tabilibus proportionem habent: ut motui vero et continuo motui exporrigi inserviunt, utiq; ad concitanda alia quæq; subtilia mobilia Corpuscula, ea diuturna Coagitatione secum rapiendo et pertinenda sufficiunt.

Specialissime vero penagit aqueum fluidum hanc commotionem primo per convenientiam sit. cet in determinabilem figuræ et magnitudinis, Salinæ portioni in mixto fermentabili existenti prompte et exacte applicari potest, adeo ut eam eadem tandiu per pro uno continuo moveat, donec vero portioni nullatenus immediate cohærere apta est neq terreæ: unde semper concipio in particulis ita cohærentibus contingit, quo tandem subnam micularum accolens et reliquas dissimilibus pulvisculis concipias, vinculum dimotionem illam pristinæ connexioni perficit.

Unde si oleosum fluidum fermentabilibus corporibus affundit non servantur ipsa inde illa memorabili mutatione. Neq enim oleosum fluidum minimâ tenuitate particularum sui constitutivarum moleculas illas adipiscitur satis impellere potest: Neq sui comparem Sulphureum nempe ejusmodi reliquarum nexu cripere, a quibus tanquam in duro et oppresso vinculo detentur.

Solum ergo aqueum fluidum constitutis verum. Mutuum contum quæ motus fermentabiles moleculis illis mistis conciliat.

Quemadmodum vero fluidum hoc qua fluidum, in perpetuo motu minimorum sui Corpusculorum existit, ejq mediante mistas illas moleculas eodemq motu afficit. Ita requisit tamen certus sufficiens gradus hujus

Motus fluidi qui a calore ambiente maxime dependet. Ubi nempe calor debet quod universus aqueo-fluidus motus, imo omnis motus fluidi: fatis, ut a calore dependeat, ubi aliquibus quidem speciebus deficiente ingenti Calorig gradu fluiditatis status plane in solidit atem mutet, ut in congelationes Corporum talium. In omnibus vero ad minimum insigniter minuat, quod in effectibus a motu talium Corporum pendentibus, sibulenter deprehenditur. Dum Spiritus ardentes Spiritus Salini Argentum vivum Corpora sibi congenera, quae alias sub motu sufficienti sui ipsorum Intestino prompte dissolvunt seu dimovent ex Aggregatione in exquisito frigore, non nisi tardissime et ignissime afficiunt.

Quod vero dixerim Certum sufficientem gradum requiri, hujus Intestini seu fluidi motus fundat in eo, quod terrestrissimo quidem calore seu infimo gradu frigoris, non deficiat fermentativa vis, adeoq nonnisi actus ad vigorem tardissimum illig & expedita absolutio varietas: Interim intensissimo Calore bullientis fermentativa minus peragi valeat, sed in tali Statu fervent Corpuscula illa Mixta, in quo adhuc postea quoq demum Fermentativa non minus peragi valeant, seu in tali Statu servent Corpuscula illa Mixta in quo adhuc postea quoq demum, Fermentationi in genere exposita persistant. Medius igitur gradus fluiditatis, inter duos extremitates, gelu & fervorem bullientis hic requiritur.

Neq verb in Fermentatione in genere considerata plane adversatur Aer, quamvis enim ne ad ullam quidem speciem ita absolute requiratur, ut sine illius commercio et concursu fieri plane nequeat, Fermentet tamen plurimum, omnes Fermentativorum motuum species ut citius et copiosius progrediantur, & ante omnia quidem Putrefactionem. Ad Sulphureas enim particulas movendas precipuum instrumentum est Aer, adeo quidem ut etiam ad dissolutionem Mixtionis ipsarum ita vocatae sit Analysta, cum igneo motu concurrente. Dum etiam hae Sulphureae particulae e paulo antione nexu ferreo ne ignis quidem subtilissimi motoris et violentissimi simul & energi exuti valeat, ni Carbonibus Aer, si liber accedere possit, praesentissimam hanc perficit emotionem.

Dum vero ita ad promovendum successum Fermentationis concurrit indicis etiam alterationes insignes ipsa haec sua Activitate in Sulphuream partem. Non enim commoveret hanc tantum, sed exsolvit penitus & emovet e nexu pristino, abripitq secum seu aufert adeo ex universa Massa.

Unde uti ad fermentationem in se et absolute spectatam sufficienter ut in Khalis loquunt, nihil prorsus confert generatim, sed specialim ad Putrefactionem tantum. Ita alterat nihilominus accidentaliter omnem fermentationem, adeoq species quoq adivitas probe cognosci debet, nod ad arbitrarias alterationes fermentante magis ita emolliandas, nod ad noxias tristes imminentes, praeoccupandas & corrigendas.

Diximus modo exsolvere Aerem ipsum Mixtionem Sulphureae seu

pingvis oleosæ substantiæ non sociam illam commistionem cum aëre et terra, sed propriam intimam. Est minimum pingvedo particulæ subtilissimæ, talis figuræ quæ cum solidis aliis mistis et aggregatis in solidam consistentiam coire possit, præsertim si vero secretum aëris præcipue commercio gaudeat, mobilitatem elasticam habeat: ad aggregationem hominem genetrix sat numerosa tales particulæ ejusdem generis puræ sinuam modum compingerentur, ingens sit ut ad minimum sensui nullo pregatum tale perceptibile fiat. Particula hæc quando cum aqueo corpusculo numero uno complicata fit oleum. Si hoc denuo cum sale acido, fit hoc nitrosum: si cum acido commeatus nuda illa particula, antequam aquæ accessu oleum evadat, fit Sulphur mineræ: si cum principio terreo jam egressum hoc societate cum aqua sal fiat, nuda illa particula combinetur, fit terra stiptica colorata, plus minus volatilis, prout alterius numerus seu quantitas variat.

Elasticam esse hanc substantiam aliquatis dixi: ubi tamen non simulo potius suspicionem esse quod elasticitatem illam ex aëris commeatu nanciscatur. Expandit nempe in duplum spatium et sic hoc deinde movet loco suo: Interim eo ipso quod spatium datum non explet, aliquam quadam commotione, quæ ad ipsum continens ulterius dilatandum valeat, sive elasticum esse non videtur tanto magis cum ipse ignis, qui illi mas est motus elastici impulsor sui individualitatis, nullam ne minimam motionem ejusmodi particulæ hic inducat, nisi aër intercedat qui novo gressu suo particulas illas emoveat e pristina societate et locum alium capiat.

Verbo elasticitas sulphureorum apparet maxime e numero tenuitate ipsorum adscribenda cujus initiatio parva ipsarum aggregationem modo singentem tamen numerum individuorum continens, si magnam partem aëris sinumero interim individuorum non ad modum majorem, locum suo saliet & impleat.

